CELEBRIORES DOCTORUM THEORICÆ

AB ADVOCATO

GREGORIO FIERLIO

COLLECTÆ

ET

FLORENTINÆ

PRÆSERTIM

JURISPRUDENTIÆ STUDIOSIS DICATÆ.

Pars Prima.

FLORENTIÆ MDCCCI.
EX TYPOGRAPHIA ANTONII BRAZZINI
Superiorum Facultate.

PROOEMIUM

QUotidie Forum pervolitant celebriores Doctorum Theoricæ, quæ sparsim habentur vel, in Pragmaticorum Libris, vel in Tribunalium Decisionibus, quæque cum nil aliud sint, quam rectæ sententiæ, iustæque interpretationis regulæ, illas propterea & Judices in Iure reddendo, & Magistratus in Legibus ferendis merito sectantur (1). Opportunum ergo duximus hasce Theoricas ex pluribus Iuris nostri locis inter armorum strepitus, invita licet minerva quæsitas, hoc libello colligere, & *Florentinae* præsertim Iurisprudentiæ studiosis offerre. Ut vero acceptior, atque utilior redderetur hic noster qualiscumque labor, operæ pretium putavimus exponere breviter, ac perspicue non modo Theoricarum summam, & essentiam, sed etiam praecipuas earum ampliationes, limitationes, ac declarationes, & quod satius est, explorare curavimus intrinsecam ipsarum Theoricarum rationem, sine qua

nec facile intelligi, nec casibus, de quibus disceptatur, aptari, et accommodari possunt (2). Omnis enim Theorica, seu regula certis limitibus coercetur, quibus egredi facile est, nisi plena habeatur eiusdem regulæ, eiusque rationis cognitio (3). Ad hanc autem facilius assequendam nonnullas etiam adduximus tum Iuris communis, tum Iuris patrii constitutiones, multasque indicavimus Iurisconsultorum auctoritates, ac nostrorum præsertim Tribunalium resolutiones, quæ brevitatem, ac deficientiam nostram supplere valent, ex eisque tamquam ex uberioribus fontibus quidquid ei proficiat, haurire unusquisque poterit.

---

(1) *Vid. Vot. Decis. Aud. Ubaldi Maggi in Laterinen. quoad præt Fideicommissum Georgii Guerrini* 30 *Sept.* 1796 §. *Io ammettevo*, *&* *dec. confirmat. in Laterinen. seu Montis Varchi præt. Fideicommissi* 28. *Sept.* 1798. §. 3. *cor. Audit. Bartholomæo Raffaelli Relat. & Florent. Fideicommissi Antonini de Salviatis* 29. *Sept.* 1797. *Inspect.* 1. *cor. Audit. Angelo Felici Relat.*

(2) Dictum *Votum decis. Aud. Maggi in Laterinen. quoad præt. Fideicommiss.* §. *Avvezzo a conoscere.*

(3) *Leg.* 202. *ff. de Reg. Jur.* „ Omnis definitio in „ Jure Civili periculosa est. Parum est enim ut non „ subverti possit „ *L.* 1. *in fin. ff. eod.* „ Simul cum „ aliquo vitiata est (Regula) perdit officium suum „.

THEORICA ACCURSII

In Leg. Repetitio 44. *ff. de Condict. Indeb.*

FRANCISCUS Accursius Florentinus *Azonis* Bononiensis Discipulus, qui saeculo XII. & XIII. floruit, cuiusque doctrina anteriorum omnium Iurisconsultorum laudem obruit, eorumque scripta obscuravit, & mersit, optime conciliat antinomiam, quae versari videtur inter dispositionem *Textus* in *leg. Repetitio* 44. *ff. de Condict. Indeb.* et aliam sanctionem *Textus in leg. si poenae* 19. *ff. eod.* In vim primi *Textus* multi putarunt, quod ut locum habeat repetitio Indebiti inspici non debeat, an qui solvit sit debitor, sed an qui recepit creditor sit; alii vero in vim secundi *Textus* contrariam sententiam amplexi sunt. *Accursius* igitur acutus, ac felix in abditis Legum sententiis eruendis, ita distinguit. Aut is

qui non debet, solvit nomine eius qui debet, et cessat repetitio, & in his terminis loquitur *Textus* pro prima opinione adductus; aut solvit nomine proprio, & de propriis pecuniis quod non ipse, sed alius debebat, & datur repetitio iuxta *Textum* pro secunda opinione relatum (1).

Hanc distinctionem uti verissimam sequuti sunt innumeri DD. eamque suprema quoque Tribunalia comprobarunt. Sed *Antonius Pichardus Venuesæ Hispanus in §. his quoque Instit. quib. mod. re contrah. oblig. num.* 20. *&* 22. subdistinguendum esse, merito necne, existimat, an quis suum, an sibi debitum receperit; et posteriori casu admittit distinctionem *Accursii*, priori vero negat absolute dari Indebiti repetitionem (2).

Cæterum omissis hisce subtilitatibus, advertendum est, quod ad Indebiti repetitionem quatuor in Iure requiruntur. I. Ut quid solutum sit. II. Ut solutum sit indebitum. III. Ut solutum sit per errorem. IV. Ut error sit facti (3).

Advertendum est etiam, quod quidquid naturaliter debetur, repeti non potest, nisi naturalis obligatio Iure Civili penitus reiiciatur, uti contingit in obligationibus Pupillorum, vel Prodigorum, vel Mulierum intercedentium (4).

Tandem notandum est, quod sola possibilitas, vel verisimilitudo debiti apta est ad excludendam indebiti repetitionem (5). Et in dubio contra repetitionem Indebiti semper est iudicandum (6).

---

(1) Ultra *Salycetum*, *Paulum de Castro*, *&* *Jasonem in dicta Leg. Repetitio*, eum sequuti sunt *Joannes Harprectus in* §. *His quoque num.* 37. *&* 38. *Instit. Quib. mod. re contrah. oblig.* *&* *Rot. Rom. cor. Bich. decis.* 423. *num.* 39. *&* *seqq.* Vid. ad materiam *Liburnen. Conditionis Indebiti diei.... Sept.* 1766. *cor. Aud. Franc. Ant. Agnini*, *&* *Cancellario Ant. Maria Montordi Relat.*, ubi dicitur, quod conditio Indebiti non competit nisi contra eum, qui indebitum exegit sive per se, sive per Mandatarium suum; & propterea Mandatarius ipse tutus est quamvis pecunias pro Mandante indebite exactas converterit in solutionem propri crediti, quod contra eumdem mandantem habebat. Est enim huiusmodi actio personalis pura, non in rem scripta.

(2) *Mozz. de Contract. Tract. de Indebito tit. de caus. &c. num* 10. *&* *seq. dict. decis. cor. Bich. n.* 43.

(3) Vid. *Florent. Pecuniaria* 12. *Maii* 1773. § *Etenim* *&* *seqq. cor. Aud. Francisco Rossi*, *&* *Florent. Cambiorum* 3. *Aug.* 1781. §. *Altrettanto cor. Aud. Josepho Vernaccini*, ubi quod repetitio indebiti locum habet, quando solutio facta fuit ex ignorantia facti, non autem quando processit ex ignorantia Juris, & agitur de indebito simpliciter civili, non autem naturali.

(4) *Heinecc Instit. lib.* 3. *tit.* 28. §. 990. Recipiens a Minore, vel Muliere ostendere tenetur pecunias

vere debitas fuisse, *Florent. Repetitionis Indebiti* 4. *Septemb.* 1693. *num.* 65. *&* *seqq. cor. Aud. Alex. Lelluzzi*.

(5) *Piscien. Prætensi Indebiti* 22 *Jun.* 1782 §. *Dovendo* & §. *ult. cor. Aud. Joanne Benedicto Bruchieri Colombi*.

(6) *Pupien. Contributionis* 4. *Jun.* 1783 §. 59. *cor Aud. Josepho Vernaccini*. Ad hanc Materiam vid. etiam *Theoricam Friderici de Senis cons.* 54. quam inferius exponemus. „ Sententia efficere nequit ut quod Indebitum est vere debitum evadat, cum rectitudinem naturalis æquitatis alterare, ac perturbare non possit. *Surd. cons.* 168. *num.* 39. *Liburnen. Nullitatis Tenutæ* 10. *Jan.* 1686. *cor. Aud. Cosmo Farsetti* §. *Nec obicem*.

THEORICA ALEXANDRI

Cons. 44. *num.* 6. *lib.* 2.

ALEXANDER Tartagni Imolensis *Pauli Castrensis* Discipulus, qui Iurisconsultorum Pater, Iurisque Princeps appellatus fuit, quique obiit anno MCCCCLXXXVII. ætatis suæ LIII. cujus triginta annos Ferrariæ, ac Patavii docendo transegit, requisita præscripsit ut Socii obstricti remaneant, & obligati pro Mutuo, vel Cambio, vel Censu, vel Deposito ab Institore accepto absque eorum expresso mandato. *Primum*

requisitum consistit in manifesta declaratione Institoris accipiendi pecunias pro necessitate negociationis: *Secundum* requisitum positum est in verificatione hujusce necessitatis. *Tertium* in scientia mutuantis, seu aliter dantis pecunias, quod vere adfuerit ista necessitas. *Quartum* in præstatione pecuniarum soli necessitati respondentium. *Quintum* denique, quod pecuniæ datæ sint in loco, in quo possit necessitati satisfieri (1).

Nonnulli addunt *Sextum* requisitum, quod nempe dans pecuniam sciat socium recipientem esse præpositum societati, ut sic videatur animum habuisse obligandi sibi societatem (2).

Istam *Alexandri* Theoricam sequuntur communiter Pragmatici utpotequæ aperte promanat ab expressa dispositione *Textus in leg. ult. ff. de Exercit act.*; quæ quamvis primario loquatur de actione *exercitoria*, & de pecuniis ad reficiendam navem concreditis, nihilominus extenditur ad Actionem *institoriam*, ut ex illis verbis „ ibi „ Eadem fere dicenda sunt et „ si de institoria actione quæratur, nam „ tum quoque creditorem scire debere ne- „ cessarium mercis comparationem, cui „ emendæ servus præpositus est „.

Ratio autem, cur in datione pecuniarum concurrere debeant memorata *Alexandri* requisita, in eo consistit, quia quamvis pecunia medium sit pro acquirendis rebus omnibus ad quamcumque negociationem spectantibus, tamen habito respectu ad aliquod determinatum eiusdem negociationis genus, si non extranea, saltem indifferens est, ac propterea non comprehenditur sub tacito Præponentis mandato (3).

Quapropter ut contractus pecuniarii per Institorem gesti Præponentem obligent, & afficiant vel concurrere debent supradicta *Alexandri* requisita, vel expressum Præponentis mandatum necessarium est (4).

Et generaliter loquendo Præponens obligari nequit per Institorem certæ, ac determinatæ negociationi præpositum, nisi ex hisce Contractibus, nempe. I. Ex Contractibus, quos Institor gessit super mercibus limites negociationis non excedentibus cum simultanea contemplatione Præponentis. II. Ex Contractibus, qui licet gesti sint super mercibus indifferentibus, ex. grat. pecunia, requisitum habent necessitatis negociationis. III. Ex Contractibus, qui quamvis gesti super mercibus confinia negociationis excedentibus, tamen in ejus utilitatem versi sunt. Hisce Contractibus

exceptis, omnes alii cujuscumque naturæ sint, non valent obligare Præponentem, nisi ejus accedat expressum mandatum (5).

---

(1) *Ansald. de Commerc. disc.* 45. *num.* 2. *& disc.* 46. *n.* 34. *Felic. de societat. cap.* 3. *num.* 21. *&* 22. *Rot. Rom. post Merlin. de Pignor. decis.* 99. *num.* 40. *Rot. nostr. cor. de Comitib. decis.* 111. *num.* 14. *& in Liburnen. Pecuniaria* .... *Maii* 1670. §. *Quia quod cor. Aud. Cosmo Farsetti, & in Pisana præt. Actionis Institoriæ* 18. *Sept.* 1761. *art.* 1. §. 47. *cor. Aud. Joseph Bizzarrini Rel.* ubi quod Contractus ab Institore gesti extra sphæram commissæ Negociationis non obligant Præponentem, quamvis in eis adesset *Firma* ipsius Præponentis. *Art. III.* §. 75. *&* 80. Nec pariter obligant Præponentem Contractus, quos Institor in libris Tabernæ neu adnotavit. *Ibid.* §. 86.

(2) *Michalor. de Fratrib. part.* 2. *cap.* 48. *n.* 17. *Zanch. de Societ. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 112. *& plur. seqq. Rot. Rom. in Nuperrim. decis.* 72. *num.* 11. *tom.* 1. *& in Ariminen. Prælationis super reservatis* 20. *Iun.* 1738. § *final. cor. Vicecomite, & in Civitatis Vetulæ Concursus* 27. *Iun.* 1785. §. 7. *cor. Strasoldo.*

(3) *Ansald. de Commerc. disc.* 46. *num.* 11. 33. *&* 46. *Rot. Januen. decis.* 14. *num.* 88. *de Comitib. decis. Flor.* 111. *num.* 15. *dicta Pisana præt. Actionis Institoriæ cor. Aud. Bizzarrini* §. 49.

(4) *Text. in leg.* 1. *cod. de Inst. Act. Zanch. de Societat. loc. cit. num.* 119. *& seqq. d. Pisan. præt Actionis Institoriæ cor. Bizzarrini loc. cit.*

(5) *D. Pisana præt. Act. Instit. cor. Aud. Bizzarrini art* 1. ubi Textus, & DD. auctoritates referuntur. Ad mater. *Vid. Florent. Pecuniaria* 20. *Aprilis*

1788. §. 1. cor. *Aud. Nicolao Salvetti*. Vid. etiam *Florent. Pecuniaria* 19. *Maii* 1773. fere *per tot. cor. Aud. Francisco Rossi*, ubi quod Institor excedens mandatum Præponentis, eum non obligat, nec mutuans pecunias actionem habet contra Tabernam. Ad *Mater.* vid. *Liburnen. Mandati* 30 *Sept.* 1765. §. *Su tal proposito*, *& seqq. cor. Aud. Lino Salvetti*. Si Institori data sit facultas accipiendi pecunias pro Taberna, non censetur ei data facultas exigendi pecunias, quando adest *Capserius*, vel alia persona ad id specialiter destinata. *D. Florent. Pecuniaria cor. Aud. Rossi* §. *Præterea*, *& seq.*

THEORICA ANANIÆ

Cons. 22. *num.* 3.

JOANNES de Anania ex Civitate Anagni vir magnæ religionis, & scrupulosæ conscientiæ percelebris JC. Sæculi xv. & inter Bononiæ scriptores adnumeratus, in qua Urbe docuit Jus Civile, ibique decessit anno MCCCCLVIII., posuit regulam illam quod masculinitas adiecta certis personis, aut gradibus vel uni, vel pluribus, non censetur repetita in diversis personis, aut gradibus, in quibus adiecta non legitur (1) quia ex diverso loquendi modo diversa etiam arguitur disponentis voluntas (2).

Cui quidem sententiæ adversatur altera celeberrimi *Abbatis Panormitani in cons. 36. num. 3. part. 1.*, qui existimat quod si in primis vocationibus, aut substitutionibus Testator vocavit semper filios, & descendentes masculos, isthæc masculinitatis qualitas repetita censeri debet in sequentibus substitutionibus, in quibus vocati leguntur filii, & descendentes absque ulla masculinitatis mentione; Et ratio *Abbatis* est, quia præcedentia determinant sequentia, unaque pars dispositionis aliam declarat, ac interpretatur (3).

Harum opinionum discrepantiam *Ioannes Sichardus in leg. final. num. 69. Cod. de Edict. Div. Hadr. tollend.* conciliat distinguendo, quod si expressio masculinitatis facta fuit in una parte dispositionis, & omissa in alia penitus diversa parte, tunc procedat opinio *Ananiæ* ejusque Sectatorum. Si vero expressio masculinitatis facta fuit, & omissa in eadem parte Testamenti, tunc procedat *Abbatis* ejusque Asseclarum sententia (4).

Sed quoniam in humanis dispositionibus inspicienda præcipue est disponentis intentio, ideo sequitur quod opinio *Ananiæ* ita demum procedere possit, nisi vel ex identitate rationis, vel verborum natura,

vel ex probatissimis coniecturis elucescat disponentem omnino repetere voluisse præcedentem masculinitatis qualitatem (5).

Quamobrem limitari solet isthæc *Ananiæ* theorica tribus concurrentibus causis, videlicet vel dictionibus copulativis, & coniunctivis; vel una tantum oratione, quæ ab unico verbo regatur; vel identitate rationis; quibus caussis deficientibus verior & communior opinio est, quæ stat contra tacitam masculinitatis repetitionem (6).

Limitari etiam potest *Ananiæ* theorica stante clara, & perspicua Agnationis contemplatione, in qua præcipue consistere solet tota vis, atque robur hujusce tacitæ, ac præsumptæ repetitionis (7).

In dubio vero præsumendum est, quod masculinitatis qualitas repetita minime fuerit; & hanc regulam, quæ stat pro exclusione repetitionis, allegare sufficit donec bene constet de ejusdem regulæ limitatione ob claram disponentis voluntatem, ita ut habenti intentionem fundatam in regula, satis sit limitationem vel effugere, vel debilitare (8).

Quæ regula repetitioni masculinitatis contraria maxime procedit si agatur de vindicanda libertate bonorum, & vinculo fideicommissi resecando (9); vel si agatur

de admittenda ad successionem ultima fœmina agnata in exclusionem extranei; quo in casu rigorosa masculinitas in prima substitutione volita non censetur repetita in altera posteriori substitutionis sede, quotiescumque deficiat evidentissimum repetitionis argumentum (10).

---

(1) *Casanatt. cons. 6. n. 47. Palm. alleg.* 221. *n.* 71. *Bonfin. de Jur. Fideicom. tit.* 1. *disput.* 14 *n.* 4. *& plur. seqq. Rot. nostr. in Floren. Fideicom.* 10. *Aprilis* 1699. *num.* 38. *cor. Aud. Sebastiano de Marinis Relat. vid. de Comit. ad mat. fideic. in addit. ad decis.* 22. *a n.* 22. *ad* 25.

(2) *Fusar. de substit. quæst.* 403. *n.* 6. *Rodulph. alleg.* 11. *n.* 4. *de Luc. de Fideic. disc.* 30. *n.* 3. *Bonfin. eod. tract. disput.* 14. *n.* 4. *tom.* 1.

(3) *Vid. Castill quotid. controv. iur. cap.* 4 *part.* 3 *n.* 9. *& plur. seqq.*

(4) *Castill. loc. cit. n.* 161. *& seqq.* ubi Doctores adducit, qui hanc distinctionem comprobarunt.

(5) *Castill. ibid. n.* 164. Dictio „ *ut supra* „ est repetitiva masculinitatis, nisi ex litera dispositionis appareat illam importare solummodo repetitionem modi, & ordinis succedendi *Bonfin. ibid. num.* 15. *& seq.*

(6) *Mantic. de coniect. ult. vol. lib.* 11 *tit.* 13. *n.* 10. *in fin de Luc. de Fideicom. disc.* 43. *num.* 5., *& seq. Torr. de Primogenit. cap.* 37. *n.* 34 *& seqq. Pistorien. Pratensæ Primogenituræ* 26. *Septemb.* 1770. §. *nec tamen pag.* 18. *cor. Aud. Francisco Rossi. Vid. ad Mater. Flor. Fid. de Taddeis* 28. *Feb.* 1718. §. *Eodem-*

que modo cor. *Adv. Ant. Graffioni Relat.*, ubi quod non admittitur repetitio stant diversitate personarum, diversitate bonorum, & diversitate Fideicommissi, vel orationis *Vid* etiam *Florent. Fideicom.* 2. *Octob.* 1721. §. *prorsus cor. Adv. Philippo Rota*, ubi excluditur repetitio masculinitatis de fideicommisso universali ad particulare resistente diversitate orationis, rerum, & personarum. Nec admittitur repetitio masculinitatis de parte dispositiva ad conditionalem, *Bonfin. diff. disput.* 14. *n.* 6.

(7) *Bonfin. de Jur. Fideicom. tit.* 1. *disput.* 14. *n.* 12. *Rot. Rom. in Recen dec.* 144. *par.* 7.

(8) *Bonfin. loc. cit. n.* 13. *&* 14.

(9) *Bonfin ibid. n.* 12

(10) *Rot. nostr. in Fiorent. Fideic. de Salvettis diei .... Martii* 1717. §. *Non omisso cum seqq. cor. Aud. Alexandro Belluzzi*. Vid. *Urceol. decis. Florent.* 13 *n.* 63. *& seq* ubi quod masculinitatis repetitio non admittitur etiam si ageretur de excludendo magis dilecto testatori. vel ultimo hærede gravato, cum non sit inconveniens, ut remotior præferatur proximiori, præsertim quando proximior non est descendens, sed transversalis. Vid. *Flor. Fideicom. de Pittis.* 7. *Aprilis* 1702. *n.* 142. *penes Sanminiat. controv.* 201 *num.* 98. *&* 101.

THEORICA ANCHARANI

In leg. tres fratres 35. *ff. de Pact.*

PETRUS *Ancharanus* doctissimus JC. Sæculi XIV. natus, ut aliqui putant, in Ca-

stro Ancharano, alii in Urbe Veteri, alii tandem in Civitate Bononiæ, ubi docuit Jus Canonicum, constituit principium illud, quod in fideicommisso per extraneum condito recurrendum sit pro regulanda successione ad interpretationem Juris Communis, non autem Municipalis fœminas propter masculos excludentis (1).

Hæc tamen *Ancharani* theorica intelligenda est cum sequenti casuum distinctione. Si testator extraneus invitavit ad successionem filios, & descendentes alicuius extranei independenter ab ejusdem extranei vocatione, tunc in regulanda successione inspiciendum est Jus Commune, non Jus Statutarium fœminarum exclusivum. Si vero testator invitavit filios, & descendentes alicuius extranei, qui constitutus sit stipes propriæ descendentiæ, & onere fideicommissi gravatus, tunc successio deferenda est non secundum ordinem Juris communis, sed secundum ordinem a Statuto municipali præscriptum, ac propterea descendentes masculi licet ab extraneo originem ducant, præferendi sunt fœminis habita ratione ad personam gravati, non gravantis. Et ratio est, non quia Statutum fundetur solum in conservatione agnationis, qua cessante in extraneo, cessare de-

beat ejusdem statuti dispositio (2); Sed quia vocatis collective descendentibus in diverso gradu constitutis, vocatio ex mente testatoris, vel agnatus ipse fuerit, vel extraneus, intelligitur facta ordine successivo; qui successivus ordo in fideicommissis censetur ille, per quem successio ab intestato defertur juxta municipales constitutiones, ad quem testator respexisse videtur inspecta persona gravati, iuxta alteram *Soccini* theoricam in *leg si cognati num.* 3. *ff. de reb. dub.* quam Doctores communiter amplexi sunt (3).

Verum in hac, uti in cæteris ejusdem generis quæstionibus, attendenda præcipue est disponentis mens, ac intentio, an scilicet ordinem Juris communis, vel Statuti fœminas propter masculos excludentis servandum esse voluerit. Omnis enim regula, & theorica obnoxia est huic generali limitationi, quæ in voluntate Testatoris firmum habet, & inconcussum fundamentum (4).

---

(1) Hanc regulam sequuntur *Paris. cons.* 78. *num.* 19. *lib.* 2. *Simon de Præt. de interpret. ult. vol. num.* 304. *pag.* 155. *Fusar. de substit. quæst.* 311. *num.* 50. aliique permulti.

(2) Uti voluit *Andreol. cons.* 348. *n.* 7. qui tamen

scripsit in casu, in quo testator recesserat a statuto, instituendo simul cum masculo etiam fœminam. *Vid. Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom. 5. dec. 24. n. 41.* Quando vocatæ sunt personæ, in quibus non militat necessitas Institutionis, & eorum filii, & descendentes, hi succedunt juxta ordinem Edicti successorii tamquam ab intestato venientes. *Vid. Pistorien. prætensæ Primogenituræ 26. Sept. 1770. §. ult. cor. Aud. Francisco Rossi.*

(3) *Ruin. cons. 141. n. 5. lib. 2. de Valent. de ult. volunt. vot. 2. n. 49. Peregr. cons. 41. n. 13. tom. 5. de Ros. cons. 35. n. 54.* Rota nostra in *Aretina fideicommissi, & successionis 5. April. 1782 §. poichè lo Statuto cor. Aud. Petro Philippo Morelli, & Josepho Vinci.* Super *Ancharani* theorica, eiusque declaratione vid. *Rot. Flor in Thes. Ombros. tom. 5. dec. 24. n. 39 & plur. seqq. & in Meldulen. seu S. Petri in Balneo Fideicomm. de Aquilantis 30. Sept. 1790. art. 2. §. 5. Ma nel caso, cum seq. cor. Aud. Ignatio Maccioni, & Jo. Benedicto Brichieri Colombi Rel.*

(4) *Gratian. discept. Forens. cap. 776. sub n. 18. Bonfin. de Jur. fid. tit. 1. disput. 50. n. 39. Rot. Rom. cor. Emerix Jun. decis. 413. n. 2. & in Rec. dec. 394. n. 23. part. 5.* Ad mater. vid. *Respons. Adv. Ciampelli ad decis. Aud. Urbani, & Calderoni in Florent. Fideicommissi de Medicis*, ubi defenditur sententia favorabilis ordini statutariæ successionis.

THEORICA ANCHARANI

Cons. 81. *&* CALDERINI *cons.* 4. *de Jurepatr.*

Juspatronatus gentilitium in ultimo ex vocatis fit hæreditarium juxta prædicta consilia *Petri Ancharani* Bononiensis, & *Ioannis Calderini* pariter Bononiensis, morumque probitate clarissimi; quæ Consilia receptissima sunt, & in Iure fundata (1) Ecclesia namque, eiusque veteres Pastores ad fovendum Religionis cultum, augendamque Christianæ Reipublicæ dignitatem iurapatronatus reservarunt non solum Fundatoribus Beneficiorum, sed etiam omnibus eorum hæredibus licet extraneis, in quos ipso jure, & absque ulla expressa reservatione Iuspatronatus transire voluerunt (2).

Quamobrem licet Iuspatronatus reservatum expresse fuerit personis de familia, seu agnatione Fundatoris, vel Dotantis, ideoque *gentilitium* in origine dijudicandum sit, nihilominus defecta familia, seu agnatione contemplata assumit indolem, ac naturam jurispatronatus *hæreditarii* in

successoribus etiam extraneis ultimi Agnati, quamvis fœmina sit, juxta memoratam *Ancharani*, & *Calderini* sententiam (3). Et non solum integrum Iuspatronatus, sed etiam ejus *Quota* evadit hæreditaria, quoties pervenit in ultimo ex aliqua descendentia contemplata, absque eo quod in aliis descendentiis adhuc existentibus consolidari valeat (4).

Contrariam opinionem amplexus est JC. *Dominicus a Sancto Geminiano cons.* 45. qui existimat, quod mortuo ultimo ex vocatis juspatronatus gentilitium non fiat hæreditarium, sed Beneficium liberæ collationis evadat. At illius opinio communiter in Foro reprobatur. Ipse enim non bene animadvertit ad rationes superius expositas, quibus innititur *Ancharani* sententia. Movetur enim solum ex eo, quod Iuspatronatus reservatum masculis de Agnatione non includat fœminas, quasi unius inclusio sit exclusio alterius. Sed quoniam ex operatione Legis Iuspatronatus retinet semper naturam, & indolem hæreditariam, ideo sequitur, quod nunquam coarctari possit ad qualitatem gentilitiam, licet vocati fuerint Agnati, vel descendentes per lineam masculinam Fundatoris, quoties deficiat provisio hominis, qui illud ad agna-

tos solummodo, aliudve certum personarum genus expresse limitaverit, omnemque naturalem subingressionem extraneorum hæredum literaliter excluserit (5).

Tunc solum contra Legis mentem juspatronatus *gentilitium*, seu *mixtum* non evaderet *hæreditarium* in ultimo ex vocatis, vel quando illius reservatio stantibus verbis taxativis limitata conspiceretur ad certum personarum genus in favorem Ecclesiæ, ne ejus servitus ulterius progrediatur (6); vel quando ultimo ex Agnatione, & familia substitutæ fuissent aliæ diversæ personæ; hisce enim in casibus dispositio hominis cessare faceret dispositionem Legis, & Iurispatronatus transitum impediret in hæredes extraneos ultimi vocati (7).

Ut autem extraneus exercere valeat Patronatus iura, necesse est ut probet delatam sibi, & aditam fuisse hæreditatem, cum Iuspatronatus *hæreditarium* non transeat ad eos, qui hæreditariam qualitatem non habent, vel ab hæreditate exclusi sunt (8).

---

(1) Vid. *Polit. de Jurepatr. dissert.* 11. *num* 23. *tom.* 5. ubi declarat hanc Theoricam, si agatur de proprietate Jurispatronatus, secus si de mero præsentandi iure.

(2) *Clement. plures de Jurepatr. Piton. discept. Eccles.* 33. *num.* 7. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *quaest.* 11. *n.* 19. *& seqq. Rot. in Rec. dec.* 614. *n.* 1. *part.* 1. *tom.* 2. *vid. Motiv. Audd. Querci, Ulivelli, Luci, & Vinci in causa di Giuspadronato della Badia di Capolona diei* 3 *Martii* 1779. *Art. II.*

(3) *Rot. Rom. in Rec. dec.* 667. *n.* 11. *part.* 18. *tom.* 2. *cor. Molines dec.* 325. *n.* 6. *tom.* 2. *cor. Lancett. dec.* 419. *n.* 15. *cor. Falconer. tit. de Jurep dec.* 5. *n.* 7. *& dec.* 46. *n.* 2. *diss. Motiv. in causa della Badia di Capolona loc. cit. Praten. Canonicatus* 19. *Octobr.* 1745. *n.* 4. *cor. Vicario Meucci*, ubi Concordantes; *Florent. Jurispatronatus* 9. *Maii* 1750. *§. VII. in fin. & §. VIII. cor Aud. Joanne Meoli Relat.*

(4) Vid. *Rot. nostr. in Dovadulen. Capellaniae* 23. *Sept.* 1796. *§. che la terza cor. Aud. Ubaldo Maggi*.

(5) *Vivian. de Jurepatr. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 13. *& seqq. Valent. de re Eccles. vot.* 2. *n.* 83. *Rot. Rom. cor. Panimoll. dec.* 10. *annot.* 3. *n.* 20. *cor. Seraphin. dec.* 378. *n.* 9. *Rot. nostr. in Florent. Jurispatr.* 9. *Maii* 1750. *§.* 8. *vers. Posta la vocazione cum seqq. cor. Aud. Meoli Relat. & in citat. Motivo in Causa Badia di Capolona art. II. §.* 35. *cum seqq.* ubi quod Dictiones taxativae neque idem sufficiunt ad excludendam haeredum extraneorum subingressionem, cum in dubio adhibitae solummodo censeantur ad denotandam agnatorum praelationem.

(6) *Rot. cor. Bich dec.* 553 *n.* 5. *d. Motiv. in Causa Badia di Capolona art. II. §.* 23. *in fin. & d. decis. cor. Meoli in Flor. Juris Patronatus §.* 8. *vers. In tal disputa pag.* 40. ubi distinguit casum, in quo clausulae restrictivae, & taxativae respiciant favorem Ecclesiae, ab altero casu, in quo respiciant favorem Vocatorum, in quo ultimo casu non impediunt transitum ad omnes successores, & haeredes etiam extraneos.

(7) *Lotter. de Re benefic. lib. 2. quaest.* 11. *num.* 4., *& seq. Vivian. de Iurepatr. lib.* 4. *cap.* 2. Vid. pleno in memoratis Decisionibus nostrorum Tribunalium *loc. cit.*

(8) *Rot. in Rec. decis.* 96. *n.* 1. 8., *&* 16. *part.* 6. *decis.* 265 *n.* 2. *part.* 3., *& decis.* 77. *sub n.* 2. *part.* 4. *tom.* 1.

(9) *Rot. Rom. dec.* 100. *n.* 7. *part.* 12. Juspatronatus pertinet ad hæredem universalem, non ad hæredem in re certa institutum, & ad illum transit, non ad hunc. *Vid. Aretina, seu Laterinen. Beneficii* 8. *Aug.* 1781. §. *Penult. cor. Vicar. Blasio Antonio Sturlini*. In Iurepatronatus qualitas hæreditaria sufficit esse in habitu, & potentia, licet in facto deficiat, *Ibid.* §. *Iure tamen*.

Quoties nulla facta fuit mentio Filiorum, & Descendentium, Iuspatronatus dicitur simpliciter hæreditarium, non autem gentilitium, aut mixtum, quamvis reservatum fuerit *Hæredi*, *& ejus successori* vid. *Rot. Rom. cor. Rezzonico decis.* 4. *n.* 13. *& seqq.* Stat bene simul quod Iuspatronatus spectet ad certas generationes, & in ipsis sit hæreditarium. *Rot. cor. Rat. dec.* 133. *n.* 13. *& dec.* 166. *n.* 8. „ Ad dignoscendum vero, an Iuspatronatus sit hæreditarium, vel gentilitium, vel mixtum, ita distingui solet. Si verbo *successores* adiunctum fuerit verbum *hæredes*, ex grat. si dictam fuerit „ *hæredibus*, *& successoribus* „ tunc Iuspatronatus est *Hæreditarium*. Si verbo *successores* adiunctum sit verbum *Filii*, *& Descendentes*, Iuspatronatus est *Gentilitium*. Si denique verbo *successores* adiectum reperiatur verbum *hæredibus* cum dictione *suis*, ut si fuisset dictum „ *pro hæredibus*, *& successoribus suis* „ tunc Iuspatronatus est *Mixtum*, nempe participans de qualitate hæreditaria, & gentilitia, Vid. *Fargn. de Iurepatr. part.* 2. *can.* 1. *&* 2. *Cas.* 6. *n.* 12. *& seqq.*

THEORICA seu *Cautela* ANGELI

In Leg. A Divo Pio 15. §. *si super rebus ff. de re iudicat.*

ANGELUS Perusinus ex nobilissima Ubaldorum Familia, eximius Legum Interpres seculi XIV. & *Baldo* fratre minime indignus, Cautelam ex hoc Textu deduxit, per quam Tertius bona possidens, & super iis executionem fieri timens, si in Actis contra victorem protestetur, ne super bonis a se possessis sententiam exequi audeat, executionem impedire valet. Cuius *cautelæ* ea est vis, atque robur, ut si post emissam a possessore protestationem, victor super bonis in ea expressis ad executionem processerit, executio nulla sit, & revocationi obnoxia (1); atque cautelæ spretor uti *Attentans* condemnari debeat in omnibus expensis, damnis, & interesse (2).

Cautela isthæc non solum nullitatem executionis inducit, sed etiam possessori suffragatur ad obtinendam manutentionem non obstante executione iam facta, quippequæ cum nulla prorsus sit, possessorem nequit sua privare possessione (3).

Nec opus est quod tertius possessor *incontinenti* doceat de possessione & dominio: huiusmodi enim onus opposita cautela transfertur in Actorem, qui omnino probare debet, quod ea quæ in cautela continentur, non sint vera, neque in iure subsistant (4).

Quo tamen in loco distinguendum est, quod aut tertius cautelam intentans non possidet, sed possessio reperitur penes eum, cum quo litigatum fuit, & tunc executio impediri nequit, nisi proprium ius sit omnino certum, nullamque exigat judicialem indaginem: aut tertius possidet, & tunc ab executione abstineri debeat, donec ipse tertius citetur ad justificandam cautelam, cognitoque per Judicem, quod justificatio non concludat, mandatur procedi ad ulteriora in executione, aliterque facta executio nulliter, ac indebite facta judicatur (5).

Distinguendum insuper est, quod vel tertius cautelam intentans allegat solam possessionem, & tunc cum ex possessione titulus præsumatur, illum probare non tenetur; vel egrediens e simplicis possessionis limitibus allegat titulum aliunde habitum, quam a debitore, & tunc sufficit de titulo *colorato* docere; vel tandem allegat ti-

tulum habitum a debitore, & tunc de illo concludentur docere debet, alias cautelæ præsidium ei nullo modo suffragari potest (6).

Sed de hac *Angeli* cautela, ejusque requisitis plena sunt Pragmaticorum volumina, quæ in *contingentia* casuum quisquis facile consulere potest (7). Illud non omittendum putamus, quod super hac cautela debet Iudex esse valde prudens, & circumspectus, quia quamvis optime inventa fuerit ad jura tertii possessoris confovenda, ac defendenda, sæpe sæpius inservit debitoribus ad suos creditores circumveniendos, ac fraudandos. Plerumque enim accidit, ut experientia docet, quod debitores abutentur nomine tertii possessoris, & sub hoc commentitio titulo memoratam cautelam dolose, ac fraudulenter obiiciant (8).

---

(1) *Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 9. n. 26., & seqq. Niger. de execut. rei iudic. cap. 2. §. 19. n. 31.* Ad hanc cautelam vid. plura in *Instit Montelatici tom. 2. §. Obvia a pag. 285. ad 287. vid.* meas *Observat. ad Cur. Flor. part. 1. observ. 22.*

(2) *Constant. de Cautel. Angel. disc. unic. n. 9. in fin. tom. 2. ad Stat. Urb. Rot. Rom. decis. 29. n. 15. & seq. part. 16.*

(3) *Rot. Rom. cor. Cavaler. decis. 48. n. 2. & 9.*

Rot. nostr. in Florent. Manutent. 20. *Martii* 1698. *cor. Aud. Carolo Bizzarrini inter recollect. per Palm. lib.* 4. *decis.* 432. *n.* 43.

(4) *Ridolphin. loc. citat. n.* 14. *dicta decis. cor. Bizzarrini n.* 44.

(5) Ita distinguit *Card. de Luc. de Iudic. disc.* 40. *sub n.* 19., hancque distinctionem sequitur dicta *Dec. cor Bizzarrini n.* 45., *& seq.*

(6) *Rot. Rom. in Rec. decis.* 201. *n.* 3. *part.* 17., *& cor. Cerr. decis.* 234. *n.* 18., *& seqq.*, *& decis.* 262. *n.* 14. *& seqq. dicta decis. cor. Bizzarrini n.* 48.

(7) Vid plene *Constant. de Cautela Angeli dicto disc. unic. per tot.* ubi *in fin.* Doctores afferuntur de ea loquentes.

(8) *De Luc. de Iudic. dict. disc.* 40. *sub n.* 19. *Constan. ad Stat. Urb. tit. de Cautel. Angel. num.* 13. *tom.* 2. *Rot. nostr. in Vici Pisani Pratensa nullitat. Executionis* 30. Aprilis 1783. §. *All' oggetto cor Aud. Ignatio Maccioni*, ubi de Cautela *Angeli* opposita per mulierem suarum dotium creditricem; de qua etiam *Constant. dict. disc. unic. n.* 32., *& plur. seqq.* Cautela Angeli æquiparatur *Charta dotali* ita appellatæ in Curia Romana. *Dict. decis. cor. Maccioni* §. *Quindi*, *in qua decis.* habetur etiam, quod Mulier allegans cautelam Angeli non potest impedire subhastationem bonorum, dommodo a possessione non amoveatur. *Ibid.* §. *Mi persuadeva*. Ipsa enim dominium bonorum non habet, sed solam super ipsis hypothecam.

Vid. *Legem* 2. *April.* 1785., quæ iubet non esse concedendas *Inhibitorias* Mulieribus petentibus assecurationem, vel restitutionem suarum Dotium, nisi probent creditum dotale, & insuper declarent, exhibendo bonorum descriptionem, in quibus præcise bonis assecurationem, vel restitutionem consequi velint.

THEORICA ANGELI

In Leg. in Legatis 21. *cod. de Legatis.*

VOLUIT *Angelus* Perusinus in hac Lege, quod positi in conditione censeantur ex mente disponentis vocati, quoties agitur de Legatis, aliisque Relictis particularibus, quia facilius dantur, ac transferuntur legata, aliaque relicta particularia, quam transferantur, denturque hæreditates; et quia cum legatum donatio quædam sit a defuncto relicta ab hærede præstanda, in hac testatoris liberalitate plenius voluntatem suam interpretari æquum est, quam in fideicommissis, quæ cum directo a testatore non relinquantur, potius gravamina hæredibus imposita, quam donationes appellari merentur.

Hanc *Angeli* sententiam plures non infimæ notæ Prudentes sequuti sunt (1), non obstante *Glossa in Lzge Lucius Titius ff. de hæred. instit.* quia quamvis in hac *Glossa* positus in conditione non dicatur dispositive vocatus, attamen hoc procedere existimarunt in hæreditatibus, non autem in Legatis, quæ quum nutu, aliis-

que signis relinqui possint, ideo positus in conditione vocatus censeri potest a contrario sensu ex mente testatoris (2).

At plures alii summæ doctrinæ Iurisconsulti in contrariam abierunt sententiam, quæ *Soccino* tribuitur, eam ob rationem quia memorata *Glossa in Leg. Lucius* vera est, & recepta tam in hæreditatibus, & fideicommissis universalibus, quam in legatis, & fideicommissis particularibus, in quibus etiam inspiciendus non est favor, vel odium dispositionis, sed voluntas testatoris, ac testamenti verba ponderare convenit, quæ si conditionalia sint, disponere nequaquam possunt (3).

Quam quidem sententiam in Foro nostro amplectendam esse videtur non solum per dictam *gloss. in leg Lucius*, sed etiam per legem patriam *anni* 1747. super fideicommissis sapienter rogatam, quæ generaliter disponit, in conditione positos non censeri dispositive vocatos, sed tamquam hæredes, non tamquam fideicommissarios succedere omnino debere (4).

Verum etiam ii, qui *Angeli* theoricam amplexi sunt, eam limitant, quoties agitur de conditione a lege subintellecta, uti est conditio resultans ex sanctione *Text. in L. cum Avus ff de condit. & demonstr.* (5)

quam conditionem memorata Lex nostra *anni* 1747. semper intelligit in omnibus fideicommissariis dispositionibus adpositam a testatore fuisse (6). Limitant quoque *Angeli* sententiam in Legatis, quæ pura, & mera non sint, ideoque si quis ultra universalem institutionem, fuerit etiam in aliqua re particulariter institutus, non procedit *Angeli* theorica; Et ratio est, quia cum ejus opinio excedat juris regulas, quæ volunt quod positi in conditione non sint in dispositione, ideo strictam meretur interpretationem, & ad casus mixtos minime protrahenda est (7).

Ampliant vero *Angeli* theoricam concurrente aliqua voluntatis conjectura, uti est *ex. grat.* digressio ad plures substitutionis gradus, quo in casu positus in conditione facilius censetur a testatore vocatus (8); quemadmodum etiam si testator præsupponat positum in conditione vocatum esse in alio dispositionis loco, puta si dixerit „ *Si nolit etiam ipse legatum, vel hæreditatem acceptare* „ (9) Facilius quoque vocatus censetur masculus in conditione positus, quoties agitur de dispositionibus Statutorum, quæ fœminas propter masculos a successione repellunt (10).

(1) Vid. *Iosep de Rustic.* qui fuit *Botæ Flor.* Auditor, *in suo Tract. An, & quand. liber. in condit. posit. voc. lib.* 3. *cap.* 2. *per tot. Molin. de Contr. disp.* 480. *n.* 3. *Caldas de nominat. ad Emphyt. quæst.* 2. *part.* 9. *n.* 4. *Niger de nominat. lib.* 1. *quæst.* 15. *n.* 6. De hac Theorica disputatum fuit in *Causa Pistorien. Conversini e Fonteguerri*, uti videre est in *Consultationibus Adv. Attilii Mariæ Bruni in Pistorien. præt. Iurispatr. passivi* §. *Ne ci obbliga*, & *Adv. Io. Pauli Ombrosi in Pistorien. Iurispatr.* §. *Queste proposizioni*.

(2) Ita ex grat. si disponens dixerit „ *Si filius meus non redierit, vel si mortuus fuerit, nomino ad emphyteusim Sempronium* „ intelligitur filium nominasse in casu opposito, si filius redierit, vel si adhuc vivat. *Niger* de *nominat. loc. cit.*

(3) *Peregr. de fideicomm. art.* 28. *n.* 15. & *seqq. Fachin. controv. Iur. lib.* 13. *cap.* 45. *per tot.* & signanter vers „ *Fateor* „ *Gomez variar. resolut. tom.* 1. *cap.* 5. *de substit. fid. num.* 42. *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 36. *n.* 248. *Rot. Rom. cor. Cels. dec.* 145. *n.* 2. & 5. *Rot. nostr. penes Palm. dec.* 478. *n.* 36.

(4) Vid. hanc nostram *Leg.* §. 16. & 17. vid. *Pistorien. Fideicommissi del Gallo* 18. *Sept.* 1773. §. *Se all' incontro cor. Aud. Iosepho Vinci Rel.* vid. inferius Theoricam *Glossæ in Leg. Lucius ff.* de *hæred instit.*

(5) *Ioseph de Rustic. loc. cit. num.* 19.

(6) *Pisan. Fideicommissi* 28. *Aug.* 1753. *Art.* 1. *per tot. cor. Querci, Meoli, & Montordi & Flor. Fideicomm. de Arrighis* 29. *Sept.* 1798. §. 8. & *seqq. cor. Aud. Thoma Simonelli*.

(7) *De Rustic. loc. cit. num.* 16. & 17.

(8) *Bero cons.* 110. *n.* 44. *Cephal. cons.* 588. *n.* 13. *lib.* 4. *De Rustic. ubi supr. n.* 20.

(9) *Cravett. cons.* 62. *n.* 11. *de Rustic. eod. tract. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 3. & 4. ubi rationem adducit.

(10) *Rot. nostr. in Florent. Successionis de Ricasolis 19. Aprilis 1712. §. Nullatenus cor. Aud. Hieronymo Vieri*, ubi de Statuto Florentino.

THEORICA ANGELI

In Leg. si ab arbitrio 10. §. *qui ex causa ff. qui satisd. cog.*

IN hac Lege docet *Angelus*, quod non potest, ut nostri loquuntur, *iurari de fuga suspectus*, nec *molestari mandato personali* debitor ille, qui de tempore rei creditæ non deterioravit primævam ejus conditionem (1).

In Foro nostro ad decernendum, sive, ut aiunt, *relaxandum* mandatum, seu *Arrestum* personale contra debitorem de fuga suspectum, plura ex parte Creditoris requiruntur, nempe quod summarie doceat de suo credito: quod effective, & tactis scripturis iuramentum præstet super suspicione, & metu fugæ, illudque adnotare faciat in actis; & quod debitor post contractam obligationem deterioraverit conditionem suam. Quæ quidem requisita necessaria sunt inspecto tam Statuto nostro *Florentino lib. 4. rub. 15. de Ces-*

sant., quam Statuto *Mercatorum lib.* 2. *rub.* 8. (2).

Quoties igitur creditum sit illiquidum tam ratione qualitatis, quam quantitatis *arrestum* personale decerni, ac relaxari contra debitorem non potest (3) quum sive Ius Commune inspiciatur, sive Statutorum dispositio sub nomine Debitoris comprehendi nequeat, nisi debitor certus, ac liquidus (4) Nec debitor ipse iurari potest de fuga suspectus, & in carcerem detrudi, quoties probata non fuit insignis ejus deterioratio post contractam obligationem (5). Quælibet enim parva deterioratio non sufficit; nec est necesse, quod bona per debitorem possessa præcise adæquent debiti quantitatem, dummodo tot sint, & talia, ut considerata affectione debitoris ad illa bona, cesset suspicio fugæ (6); Dommodo tamen bona existant in loco, ubi debitor obligationem contraxit, quum non teneatur creditor bona persequi, quæ in longinquis regionibus debitor possidere potest, (7) nisi pactum fuisset, quod solutio in Patria debitoris facienda esset; vel nisi agatur de debitore qualitatem mercatoris habente (8).

Cæterum in hac re debet Iudex esse valde cautus, ac prudens, ne creditor rebus

fraudetur suis; neve debitor per *arrestum*, seu capturam publica privetur honestatis opinione. Hinc est, quod declarata iniusta, vel nulla debitoris carceratione, reficienda ei sunt omnia damna, expensæ, ac iniuriæ, ita etiam iubente Lege Patria *anni* 1777. (9) Quæ tamen lex, quæ prohibet executionem personalem, quoties efficax esse possit executio realis, literaliter excipit debitores exteros, & de fuga suspectos. Quod etiam statuit altera lex *anni* 1778., ejusque declarant *Instructiones* §. *XI.* Posterior vero lex *anni* 1782. quæ debitores inopes ab executione personali defendit, nullatenus loquitur de debitoribus exteris, neque de iis, qui sunt de fuga suspecti (10) Tandem per legem *anni* 1793. conceditur executio personalis pro debitis triginta libras excedentibus, dummodo tamen inceptum fuerit ab executione reali.

Sed, ut redeam, unde discessi, personalis executio nequaquam decerni potest contra debitorem exterum, ad effectum obtinendi maiorem in Iudicio cautionem, quoties creditor tutus factus fuit mediante cautione in bonis per ipsum creditorem admissa; quoties debitor non est de fuga suspectus; quoties ante sententiam non

constat, an creditum sit liquidum, necne; & quoties debitor post præstitam cautionem minime deterioravit patrimonium suum (11).

Ab *Arresto* personæ progredientes ad *Sequestrum* bonorum, illud in primis animadvertendum est, a sequestro inchoari non posse Iudiciorum ordinem, nisi res, de qua agitur, ejus sit indolis, ac naturæ, ut dilationem pati non possit, vel ob fugæ, aut consumptionis bonorum suspicionem, vel aliam ob causam a Iudice prudenter examinandam (12).

Ut igitur *Sequestrum* deficientibus hisce caussis rite recteque fieri valeat, opus est ut concurrat. I. Iusta *sequestri* ratio. II. Præcedens negocii cognitio. III. Citatio interesse habentium. IV. Probatio ejus, de quo agitur. (13) Creditum vero debet esse liquidum, alias *sequestratio* revocationi obnoxia est. (14) Pariterque nullius roboris iudicatur *sequestratio*, si facta fuerit absque prævia assignatione termini ad solvendum per Legem constituti (15). Itemque si facta fuerit pro summa verum creditum excedente, quoties de credito agatur illiquido, ac inexequibili, quo casu locum non habet partialis *sequestri* confirmatio (16).

Ista *Confirmatio sequestri*, nil aliud est, quam Executio; Et in hoc executivo confirmationis *sequestri* iudicio non admittuntur exceptiones turbidæ contra Chirographum paratam habens executionem (17).

Apud nos vero nullum evadit *sequestrum*, nisi confirmetur intra tempus præscriptum a Statuto *Curiæ Mercatorum rub.* 8. *lib.* 2. Nullitatis etiam vitio laborat, si Chirographi *Gabella* soluta non fuerit, ut ex Statuto *Officii Gabellarum rub.* 18.

Sequestrum fit vel ad effectum cautionis, vel ad effectum solutionis (18). Sed quoniam sive fiat pro crediti *assecuratione*, sive pro eiusdem solutione, dominum semper privat omni commodo, omnique usu rei *sequestratæ* (19), caveant idcirco Iudices, ne ad relaxandum *sequestrum* etiam pro crediti *assecuratione* sese nimium faciles præbeant, nisi antea creditum, saltem in substantia, liquidum degustaverint (20).

---

(1) *De Luc. de Regal. dis.* 122. *num.* 11. & *de Hered. disc.* 113. *n.* 7. *Polit. de divers. Contract. dissert.* 3. *n.* 22. *tom.* 4. *Rot. Rom. in Recent. decis.* 490. *n.* 5. *part.* 1. & *cor. Buratt. dec.* 531. *n.* 5. *cum seqq.*

(2) *Liburnen. Nullitatis Capturæ* 3. *Jul.* 1714. *per tot. cor. Aud. De Comitib. Florent. validitatis Arre-*

sti 19. *April.* 1791. *per tot. cor. Aud. Francisco Rau*, ubi late agitur de requisitis Statuti *Mercant.* pro relaxaudo arresto ob fugæ suspicionem. Vid. Rot. *nostra in Bagnonen. Nullitatis sequestri* 29. *Sept.* 1798. §. 11. *cor. Aud. Simonelli* ubi agitur de eadem materia.

„ Per *Legem diei* 15. *Martii* 1782. §. 17. sapienter constitutum fuit, quod si quis in damnum suorum creditorum patrimonium suum dilapidaverit, ultra pœnam arbitrio Iudicis infligendam, omnibus privetur Civitatis honoribus.

(3) *Florent. nullitatis Captura* 6. *Octobr.* 1700. §. *Cui nullitati cor. Iud. Andrea Farsetti*, ubi etiamsi pars crediti esset liquida. *Et Liburnen. nullitat Executionis* 29. *Sept.* 1752. §. *non potè cor. Audit. Ioanne Meoli*.

(4) *Leg. Debitor* 108. *ff. de Verb. sig. Rot. nostr.* in *Pisana seu Liburnen. nullitatis captura super cautione Iudicii* 26. *Sept.* 1767. § *Ed era cor. Aud. Alex. Luci.*

(5) *Liburnen. nullitatis captura* 22. *Iun.* 1672. §. *Quarto dicta cor. Aud. Farsetti, & in Pisana seu Liburnen. nullitatis captura* §. *Non era cor. Aud. Luci.*

(6) *Caccialup. de Debior. Susp. & fugit quast.* 1. *num.* 9. *Gratian. discept. for. cap.* 875. *n.* 11. *Scannarol. de visit. carcerat. lib.* 3 §. 8. *cap.* 2. *n.* 60. *dict. Pisana seu Liburnen. nullit. captura cor. Aud. Luci* §. *Ma anche*.

(7) *Villos. de fugit cap.* 19. §. 4. *n.* 25. *Ansald. de commerc. disc.* 77 *n.* 38. *Scannarol. de visit carcerat. lib.* 3. §. 8. *capit.* 2. *num.* 9. & 28. *dicta Florent. Validitatis Arresti cor. Aud. Rau* §. 54.

(8) *Thomat. decis.* 85. *num.* 19. *Cels. decis* 160. *num.* 7. & *in Recent. decis.* 355 *n.* 8. *part.* 14. *dict. Florent. validit. Arresti loc. cit.*

(9) *Florent. seu Praten. nullit. captura* 21. *Iul.* 1780. §. 36. *cor. Aud. Io. Baptist. Gaulard. Stanti*

nullitate *arresti* condemnari debet *arrestans* ad omnes expensas, & damna, & etiam ad alimenta Debitoris *arrestati*, ubi sit inops, & non habeat, unde se alat. *Vid. Liburnen. nullitatis arresti* 23. *April.* 1777. §. *Et quoniam*, & *seqq. cor. Aud. Francisco Rossi* & *Bagnonen. nullitatis sequestri* 29. *Sept.* 1798. §. 47. & *per tot. cor. Aud. Simonelli.*

(10) *Vid. dict. decis. cor. Audit. Rau* §. 5. & 6. ubi examinantur prædictæ leges Anni 1777. 1778. & 1782. Vid. etiam dict. *Florent. seu Praten. nullit. capt. cor. Aud. Gaulard.*, ubi pariter examinantur leges Anni 1777. & 1778., quæ prohibent executionem personalem non excussis prius bonis debitoris; Quod privilegium competit etiam subditis, qui mercaturæ causa alibi commorantur.

(11) *Vid.* plene in *dict. Pisana, seu Liburnen nullitatis capturæ cor. Audit. Luci.*

(12) *Vid.* meas *observat. ad Cur. Florent. ad Text. in leg. unica Cod. de prohib. sequestr.* Sequestrum non est Iudicium, sed Iudicii Preparatorium, ideoque nec litis pendentiam inducit, nec efficit ut lis dicatur cœpta, aut res litigiosa *Cyriac. controv.* 327. *n.* 81. & *seqq. Rot. nostr. cor. Magon. decis.* 31. *n.* 12. & 13. & *lib. Motiv.* 130. *pag.* 182. & *lib.* 121. *p.* 130.

(13) *Vid.* plene *Castil. de Aliment. lib.* 8. *cap.* 13. *num.* 15.

(14) *Florent. sequestri* 20. *Aug.* 1782. *per tot. coram Iosepho Vinci Relat.* Ac propterea non sufficit ereditum resultans ex partitis librorum extractis a Notario non citata parte, maxime si ex facti circumstantiis, & præsertim ex cursu temporis adpareat crediti extinctio. Vid. *Emporien nullit Sequestri* 21. *Jun.* 1786. *cor. Vic. Franceschini* Vid. *Contramotivum Advoc. Leopoldi delle Pozze.*

(15) *Rot. nostr. in Selectior. decis.* 23. *n.* 6. *tom.* 1. *part.* 1.

(16) *Diss. Decis.* 23. *n.* 10. *in Selectior.*

(17) *Florent. confirmat. sequestri* 24. *Martii* 1775. §. 3. 19., *&* *per tot. cor. Aud. Vinci*, ubi plura habentur de confirmatione sequestri. *Vid. diss. Bagnonen. nullit. sequestri* §. 9. *&* *seqq.* ubi an, & quando *sequestrum* confirmari possit *ex bono iure?* Excluditur etiam in *hac decis.* asserta deterioratio conditionis Debitoris, & eius latens decoctio, sine quibus nec relaxari, nec confirmari potest *sequestrum* super omnibus bonis Mercatoris publica gaudentis honestatis opinione, *Ibid.* §. 12. *&* *seqq.*

(18) Plene in *Florent. seu Liburnen Pecuniaria* 28. *April.* 1778. §. 4., *&* *seqq. cor. Audit. Bartholom. Raffaelli*. Ad effectum cavendi, non autem solvendi factum fuisse dignoscitur, si creditor subinde via ordinaria processerit, ac res *sequestratas* præstita fideiussione restitui permiserit *Rot. nostr. in Selectior. decis.* 21. *num.* 6. *tom.* 1. *part.* 1. *Sequestrum* ad effectum solvendi factum non dissolvitur mediante Fideiussione, vel pignore *d. decis. cor. Audit. Raffaelli* §. *ult.*

(19) *Coler. de Process. execut. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 78. *&* *seqq. Rot. nostr. lib. Motiv.* 113. *pag.* 291.

(20) *Sequestrum* valet docto de bono jure *sequestrantis Rot. post. Salgad. Laberynt. creditor. decis.* 181., *&* *in rec. decis.* 293. *num.* 1. *part.* 1. *Sequestrum* in re immobili fieri non potest, in qua datur tantum interdictio alienationis *Castill. de Alim. lib.* 8. *cap.* 13. *num.* 21. Vid. *citat. Bagnonen Nullitatis sequestri cor. Audit. Simonelli*, ubi nullum iudicatum fuit *sequestrum* universaliter factum super omnibus bonis Mercatoris, qui publica honestatis fama gaudebat, licet ea non gauderet in opinione suorum Creditorum. Apud nos sequestrum fieri nequit super fructibus LL. Montium ita iubentibus legibus Anni 1625., & 1645. Vid. *Sabell.* §. *Locus n.* 1. ubi quod

non veniunt sub generali hypotheca: possunt tamen specialiter hypothecari. Pariter *sequestrum* fieri nequit „ *sopra le paghe, e provvisioni degl' Impiegati* „ excepto credito alimentorum & dotium, sic iubente lege *diei 7. Junii 1786.* Ad mater vid. *Sabell. in Prax. §. sequestri n. 11. & §. mercede num. 10. & Magon. decis. flor. 115, per tot.* ubi de sequestro, & quot modis tollatur. Debitor egenus potest uti fructibus rei sequestratæ pro suis alimentis, & pro sumptibus litis. *Castill. de Alim. lib. 8. cap. 13. n. 27.* ubi etiam adducitur ratio.

THEORICA, seu *Cautela* AQUILII GALLI *in Leg. 29. ff. de Lib. & Posth.*

OLIM Posthumi Nepotes non ita commode institui potuerunt, quin rumperent Avi testamentum, persona intermedia ante mortem Avi decedente; Neque enim institui poterant tamquam *sui*, quia tales non erant tempore conditi testamenti; Et si tamquam *extranei* fuissent instituti, succedentes deinde in locum patris intermedii præmorientis rumpebant Avi testamentum, tamquam non legitimo modo vocati ad avitam hæreditatem (1).

Ad hanc igitur difficultatem evitandam

Caius Aquilius Gallus, qui floruit medio circiter sæculo ante *Christum* natum, quique fuit æquissimus una, & solertissimus cautionum artifex, invenit cautelam, seu formulam ita conceptam „ *Si filius meus vivo me morietur, tunc si quis mihi ex eo Nepos, seu Neptis post mortem meam moreretur, hæredes sunto* „ Per hanc formulam, quam refert *Scævola lib.* 6. *quæst.* & habetur in *leg.* 29. *ff de lib. & posth.* substinetur testamentum Avi, quoties defecta Filii persona Nepos aliquis post Avi mortem oriatur (2).

Sed cum formula *Aquilii Galli* loquatur de Posthumis post mortem Avi natis, lex *Velleia* postea id extendit ad Posthumos nepotes Avo vivente, sed post testamentum natos (3).

Hanc *Aquilianam* formulam fere semper omittunt nostri Tabelliones in testamentis Avi, qui filios habet, & Nepotes ex eo vel natos, vel nasciturcs; ex qua omissione sæpe oriuntur acerrimæ contentiones inter personas, ut plurimum, arctissimo sanguinis vinculo coniunctas. Optandum ergo est, ut memorata *formula* magis in usu sit iis in casibus, in quibus opportuna, & accommodata esse potest (4).

Sed quid si Posthumi Nepotes sint Fæ-

minæ? An testamentum Avi irritum evadet ob earum præteritionem? Negative respondendum est, quoties Statutum ab intestata successione fœminas repellat existentibus masculis agnatis, uti disponitur a Statuto nostro *Florent. lib.* 2. *rub.* 130. ejusque *Reformatione anni* 1620. Hocce enim in casu, nisi testator extraneos instituerit, non competit Fœminis præteritis, vel exhæredatis querela inofficiosi testamenti, quum eam proponere possint solum præteriti, vel exhæredati, qui ab intestato successionem habent (5).

Quid insuper dicendum, si testatori post conditum testamentum natus sit filius, qui etiam in Iure posthumus appellatur? An per eius præteritionem testamentum ruptum censeri debeat? In hac perdifficili controversia multi sentiunt, quod si testator post conditum testamentum diu supervixit, nec illud, cum mutare potuerit, non mutavit, & in testamento adsit *Clausula Codicillaris* per verba præsertim futuri temporis concepta, tunc intelligitur testatorem voluisse decedere cum eodem testamento, & virtute clausulæ codicillaris censetur rogasse posthumum, ut hæreditatem hæredi scripto restituat. Alii vero contrariam opinionem sequuti sunt, & neque

diuturnam testatoris *superviventiam*, neque clausulam codicillarem suffragari putant pro testamenti validitate, nisi testator novo judicio coram testibus declaret se velle cum illo testamento decedere.

Harum opinionum discrepantia ita potest conciliari, ut nempe prima vera sit, quoties in testamento filius fuit hæres institutus, & post testamentum alter filius natus est. Secunda autem opinio subsistat, quoties in testamento extraneus fuit hæres institutus, & post testamentum natus est filius (6).

Idemque dicendum puto, si testatori filia nata sit post conditum testamentum, in quo scriptus fuit hæres, qui filiam ipsam ab intestata successione non excludat. Hoc namque casu potest filia præterita inofficiosi querelam excitare, nisi aperte constet testatorem eam hæredi scripto postponere voluisse (7).

Sed quomodo resolvenda erit quæstio, quæ mihi nuper proposita fuit? Quidam habens domicilium originarium Florentiæ, ubi viget Statutum excludens filiam existentibus nepotibus ex fratre masculis, acquisivit domicilium habitationis in Civitate *Cortonæ*, cuius Statutum filiam, existentibus prædictis Nepotibus, non excludit; In

hac Urbe plura bona acquisivit, matrimonium contraxit, ac testamentum condidit, in quo pingui legato uxori relicto, hæredes instituit suos ex fratre nepotes. Post testamentum filia ei nata est, & post nativitatem filiæ quatuor circiter annos cum eodem testamento supervixit, ac tandem repentina morte correptus est. Nepotes hæreditatem ex testamento petunt, *Florentino* innixi Statuto; Filia præterita testamentum ex Statuto *Cortonæ* inofficiosum dicit: Pro Nepotibus militat Statutum originarium Civitatis dominantis, quod a nullitate testamentum præservat, militàt Defuncti dispositio, militat longa eiusdem taciturnitas post testamentum conditum, atque Clausula Codicillaris in testamento adiecta; Pro filia urget Statutum habitationis, urget paternus amor, ac existentia bonorum in territorio Cortonensi, quorum respectu successio intestata deferenda fuisset iuxta Statutum Cortonæ, ubi bona sita erant. Ego controversiam transactione componendam censui (8).

---

(1) *Brunemann. ad Leg. Gallus 29. ff. de Lib. & Posth. Voet ad Pandect. lib. 28. tit. 2. n. 2. Castrens. cons. 80. in princ. lib. 2. Tusch. Lit. T. conclus. 127. num. 13.* Igitur si Pater instituit duos filios, & unus

decessit vivo testatore relictis filiis, testamentum rumpitur præteritione Nepotum, qui ab intestato succedunt cum Patruo in locum eorum Patris. *Vid. DD. citatos.*

(2) *Vid. Gloss. ad hanc Leg. Barry de Success. lib. 20. tit. 3. num. 10.*

(3) *Donell. lib. 6. cap. 11. Brunemann. loc. cit. n. 1. Voet ad Pandet. loc. cit. Zoes* ad hanc *leg. n. 25. & seqq. Cujac. ad eand. Leg. tom. 2.*

(4) Clausula Codicillaris an operetur ut testamentum vim Codicilli retineat, & inofficiosa institutio, in qua Nepotes præteriti sunt, substineatur? Vid. *Voet ad Pandect. lib 5. tit. 2. num. 6. Mart. de Success. legal. part. 1. quæs. 26. in fine*, ubi distinguit. *Sabell. in Summ. §. Præteritio.*

(5) *Bartol. in leg. Gallus §. Et quid n. 7. & 8. ff. de lib. & Posth. Casareg. de Success. ab Intest. § 16. in tert. summ. num. 4 Rot. Rom. decis. 45. n. 1. part. 18. tom. 1. Peregrin. decis. 110. per tot Sabell.* ubi supra *sub n. 1. & n. 3. in fin.*

(6) Plene *Menoch. de Præsumpt. præsumpt. 31. lib. 4. Mart. de Success. legal. part. 4. quæst. 3. Art. 1. Thesaur. decis. Pedemont. 141. n 11. & seqq.* Quandonam præteritio posthumi dicatur scienter, vel ignoranter facta ad effectum, ut stante Clausula Codicillari testamentum, uti Codicillus, subsistat? Vid. *Petrasanten. Emphyteusis 29. Sep. 1797. §. Per quello cum seqq. cor. Aud. Cercignani Relat.* ubi etiam, quod *Superviventia* Testatoris post nativitatem Posthumi absque revocatione testamenti non demonstrat voluntatem illud confirmandi, sed potius voluntatem moriendi ab intestato, & hæreditatem deferendi ad hæredem legitimum. *Ibid. §. Nè di maggiore.* Advertendum est, quod vis Clausulæ Codicillaris sublata apud nos fuit per *Legem Anni 1751.* super fideicommissis editam; non autem Clausula „ *Omni-*

meliori modo „, quæ testamentum a nullitate præservare potest., *Liburnen. præt. Nullitatis testamenti* 23. *Decembr.* 1783. §. *Senza che cor. Aud. Maccioni Relat.*

(7) *Vid. Ant. Gabr. Commun. Conclus. tit. de Clausul. concl.* 8. *n.* 20 *Menoch. de Præsumpt. lib* 4. *præsumpt.* 32. *n.* 11. ubi quod Filia ignoranter præterita non posset inofficiosi querelam proponere, si esset institutus Agnatus, vel filius arrogatus, ad quos verisimile esset, quod Testator voluerit suam hæreditatem pervenire. *Vid. Consultat. Adv. Atilii M. Bruni in Florent. præt. Revocationis Testamenti in causa Grisoni*, ubi late agitur de nullitate Testamenti ab præteritionem Filiarum. Item de Clausula Codicillari in Testamento nullo adiecta.

(8) Ad Mater. *Vid. Consultat. Advv. Iacobi Agnini, & Alex. Scurtii in Florent. Dotis, seu Salviani in causa Nerli, quæ incipit Quamquam. Vid. infr.* Theoricam *Saliceti in Leg. Cunctos populos Cod. de Summ. Trinit.* Vid. etiam *Capon. Discept. forens.* 295. *num.* 19. & 20. ubi agit de Testamento facto Pisis a Florentino habitante in Civitate Pisana, ibique bona possidente.

THEORICA ARRETINI

In leg. Titia 134 ff. de verb. oblig.

Angelus Arretinus de Familia *Gambellionum* eximius JC. sæculi XV. qui Ferrariæ primum, deinde Bononiæ Jus Iu-

stinianæum magna cum celebritate docuit, regulam posuit pro distinguendo *Modum* a *Conditione*. Conditio est, quæ debet adimpleri ante executionem actus; Modus vero post illius executionem (1). Quare modus non impedit acquisitionem rei, si non adimpleatur, ad differentiam conditionis, quæ illam impedit (2).

Ad dignoscendum vero, an modus, vel conditio adposita fuerit, inspici debet substantia dispositionis, non cortex, & structura verborum; & in dubio verba potius ad modum, quam ad conditionem referenda sunt (3).

Neglecta igitur *formalitate* verborum, dispositio dicenda erit *conditionalis*, si adimplementum oneris iniuncti præcedere debeat emolumenti assequutionem, adeout, (ut nostri loquuntur) illud adiectum sit *a parte antea*, & consequenter eius non implementum se opponat principio acquisitionis, nullumque damnum afferat in iure quæsito, sed solum impediat ius quærendum. E converso autem dispositio erit *modalis*, si implementum oneris iniuncti sit *successivum*, sive adiectum a *parte postea*, & præcedentem supponat emolumenti acquisitionem, pœnamque formalem privationis importet (4).

Ex hac distinctione sequitur, quod ubi non agitur de dispositione *conditionali*, quæ impedit emolumenti assequutionem, sed de *modali*, quæ importat formalem privationem emolumenti iam quæsiti, necessaria omnino sit interpellatio, & sententia Iudicis ad hoc ut ille, cui onus iniunctum fuit in pœnam privationis incidere valeat (5).

Consequitur quoque, non competere nequidem minoribus in integrum restitutionem, quoties agitur de dispositione *Conditionali*, seu conditione *suspensiva*, quia huiusce conditionis defectus non efficit, ut quis privetur emolumento, quod non habuit, nec inspicitur, an conditionis non implementum processerit ex culpa, vel absque culpa adimplere debentis; quod secus est in dispositione *Modali*, seu conditione *resolutiva*, in qua, cum sermo sit de pœna privationis emolumenti iam quæsiti, restitutio in integrum, iuxta facti circumstantias, iure, ac merito & peti, & concedi potest (6).

Ex his, quæ diximus, adparet, quod ut dispositio dicatur *Modalis* pœnamque privationis importet, requiritur I. Quod Institutio sit pura. II. Quod extet præceptum de aliquid faciendo, vel non faciendo.

III. Quod adsit ademptio in casu contraventionis.

Hæc autem *Arretini* theorica limitatur si ex coniecturis constet de mente Testatoris conditionaliter disponere volentis; totum enim in hac materia operatur disponentis voluntas, quæ potissimum pœnam a conditione distinguit (7).

---

(1) *Rot. Rom. in Rec. dec.* 217. *n.* 5. *&* 6. *part.* 8. *dec.* 161. *n.* 10. *part.* 19. *tom. I.* Plene *Rot. nostr. in Arretina Primogenituræ de Pezzonis* 11. *Febr.* 1772. *cor. Audd. Moneta, & Morelli.* Defectus Conditionis an totam obligationem, vel ejus partem resolvere faciat, *Vid. Florent. Pecuniaria* 26. *Sept.* 1798. *cor. Aud. Maggi dissentientibus aliis Audd.*

(2) *Paris. cons.* 10. *n.* 190. *& seqq. lib.* 2. *Molin. de Primogen. Hispan. lib.* 2. *cap* 14. *n.* 20. *& seqq. Gratian. discept. forens. cap.* 193. *n.* 10. *Rot. in Rec. dec.* 148. *n.* 32. *& seq. part.* 12.

(3) *Rot. in Rec. dec.* 156. *n.* 2. *part.* 18. *tom.* 1. *& dec.* 283 *n.* 12. *part.* 11.

(4) Optime *De Luc. de Legat. disc.* 57. *n.* 5. *Peregr. de fid. Art.* 11. *n.* 113. *De Comitib. Adden. ad decis. Flor.* 96. *de Fideicomm.* Vid. *Respons. ad decis. in Flor. præt. Caducitatis* 12. *Sept.* 1749. *Sect. V.* §. 180. *& seqq.* ubi plures cumulantur Auctoritates.

(5) *Valent. de Contract. Vot.* 10. *n.* 33. *&* 36. *Rot. Rom. cor. Falconer. tit. de Iurepatr. dec.* 19. *sub n.* 12. *Rot. nostr. in Pisana præt. Reintegrationis Commendarum* 10. *Sept.* 1771. *Art. I.* §. *Præsertim. cor. Audd. Agnini, Luci, & Rossi Rel.*

(6) *Rot. nostr. in Pisana Primogenituræ de Scor,*

nis 26. April. 1766. cor. Audd. Agnini, Baldigiani, & Provicario Ricci, & in Pisana Successionis 7. Sept. 1773. §. Ne potrà cor. Aud. Petro Brogiani Relat. Conditio *Modalis* habetur pro impleta etiam in contractibus habentibus tractum successivum, quoties non implementum provenerit ex mora alterius contrahentis, vel ex casu fortuito, non ex culpa, & contumacia illius, qui adimplere debebat. Vid. *Florent. Contractus vitalitii 29. Sept. 1795. §. ult. cor. Aud. Raffaelli Rel.*

(7) *Adden. ad dict. Decis. 96. cor. De Comitib. de Fideicomm. n. 6. 7. & 9.* Vid. *Rom. seu Montis Politiani Fideicommissi 3. Iulii 1770. cor. Aud. Alex. Luci*, ubi de hac materia plene disseritur. „ Conditio necessaria, quæ intrinsece inest non reputatur conditio. *Rot. in Rec. decis. 42. n. 12. part.* 8. Quod procedit etiam in conditione tacita a Lege subintellecta: Et in conditione adiecta executioni, quæ non reddit dispositionem conditionalem. *Ead. Rot. decis.* 483. *n. 3. part. 3. decis. 91. part. 2. n. 2. & decis. 178 n. 9. part. 12.*

THEORICA ARRETINI

De Testam. Gloss. 29. num. 7. & 8.

QUIDQUID antiqui senserint Iurisperiti inhærentes Theoricæ *Bartoli in leg. cum Avus* 101. *num.* 4. *ff. de Condit. & Demonstr*, qui affirmat, quod si Testator posuit in conditione filios masculos,

intelligitur voluisse tollere conditionem a præfata Lege favore fœminarum subintellectam (1) hodie profecto communiter recepta est distinctio celeberrimi IC. *Arretini* in memorata *Glossa* 29. qui duos exponit, resolvitque casus.

Primus est, ubi agitur de Fideicommisso stricte Agnatitio, in quo scilicet adparet testatorem ad Agnationis qualitatem respexisse, quo in casu admittit *Arretinus* fœminarum existentiam imparem esse pro impedienda substituti admissione (2).

Secundus casus est, quando ex litera Dispositionis nullum colligitur disponentis votum ergo Agnationem, vel ista qualitate destitutus est substitutus; Et hocce in casu firmat *Arretinus*, quod fœminarum existentia impedire valet substituti admissionem: Cessante enim vivida Agnationis contemplatione expressio masculini sexus insufficiens reputatur ad submovendam naturalis pietatis coniecturam erga sexum fœmininum, ad cujus etiam favorem militat implicita conditio *si sine Liberis* a Lege subintellecta in fideicommissariis Ascendentium dispositionibus (3).

At a prima *Bartoli* opinione non esset recedendum, ubi per dictam conditionem favore fœminarum a Lege subintellectam

excluderentur Agnati expresse substituti (4); Ubi Masculi non fuerunt pure, ac simpliciter positi in conditione, sed vocati reperiuntur ordine perpetui fideicommissi de masculo in masculum, & cum qualitate *Lineæ masculinæ* (5); Ubi ultimo masculo ex masculis certus substitutus datus fuit (6); Ubi tandem a testatore destinata fuit fœminis certa dos solvenda per hæredes masculos substitutos (7).

Recedendum verò esset a *Bartoli* Theorica, si in præcedente dispositionis parte vocatæ fuissent fœminæ ante vocationem Extranei substituti; tunc enim si omissæ inveniantur in parte conditionali, suppletur a lege ipsarum omissio, ex quo præsumi debet plus dictum, quam scriptum. Et insuper non procederet *Bartoli* theorica, si substitutus fuisset extraneus, qui ageret de excludenda descendentia a testatore antecedenter vocata, quo in casu ex coniectura pietatis suppleri debet a Lege illius omissio (8).

Advertendum tamen est, quod per legem in Etruria nostra super Fideicommissis editam *die* 22. *Iun.* 1747. Conditio „ *si sine Liberis* „ adiecta intelligitur non solum in Fideicommissis *Ascendentalibus*, sed etiam in *Transversalibus* ad exclu-

dendos substitutos extraneos, positos nempe extra gradus intestatæ successionis; Et quod ad hunc effectum sub nomine *filiorum*, vel *filiarum* in conditione positarum, tota comprehenditur Descendentia (9). De qua Lege nonnulla dicenda erunt agendo de Theorica *Glossæ in Leg. Lucius ff. de hæred. instit.*

---

(1) *Bartoli* theoricam sequuta fuit anteactis temporibus *Rota* nostra, ut colligitur ex *lib. Mot.* 113. *pag.* 1. *in Causa de Nobilibus*, & *lib. Mot.* 129. *pag.* 249. *in Causa de Melochis*, & *in Causa Pitti apud Sanminiat. controv.* 201. *n.* 48. & *in confirmator. cor. Aud. Farsetti num.* 230. Vid. *Florent. Fideicomm. de Taddeis* 25. *Febr.* 1728. *cor. Adv. Ant. Graffioni Rel.* §. *Signanter*.

(2) *Venturin. cons.* 25. *num.* 130. *Palm. Nep. allegat.* 23. *num.* 35. *tom.* 1. *Rocc. Respons.* 95. *num.* 1. & *seqq. lib.* 1. *Polit. de fid. dissert.* 14. *num.* 27. & 28. *Magon. decis. Flor.* 52. *num.* 9. & 11.

(3) *Polit. loc. cit. num.* 30. *Torr. de Maiorat. Ital. quæst.* 16. *num.* 10. & *seq. Paulut. dissert.* 91. *num.* 130 & *seqq. Balducc. ad Ramon. tit.* 3. *decis.* 3. *num.* 5. & 6. *Rot. Rom. in Rec. decis.* 132. *num.* 8. & *seqq. part.* 16. & *Rot. nostr. in Florent. Fideicomm.* 13. *Sept.* 1720. *num.* 64. & *seqq. cor. Aud. Gabriele Calderoni Rel.* Vid. etiam d. *decis. in Florent. Fid. de Pittis apud Sanminiat. controv.* 201. *num.* 49. & 50. ubi admittitur istbæc *Arretini* distinctio.

(4) *Fusar. de substit. quæst.* 393. *num.* 121. *Ridolphin. Alleg.* 90. *num.* 11. *dict. Flor. Fid. cor. Aud. Calderoni num.* 68.

(5) *Soccin. Iun. cons.* 139. *num.* 1. *Venturin. cons.* 26. *num.* 29. *in fin. d. decis. cor. Calderoni num.* 65.

(6) *Rot. nostr. apud Sanminiat. controv.* 201. *n.* 33. *tom.* 2. *& cor. de Comitib. dec.* 57. *num.* 36. *& seqq. d. decis. cor. Calderoni num.* 66.

(7) *Rot. Rom. cor. Mantic. decis.* 305. *n.* 1. *& cor. Arguell. dec.* 83. *num.* 57. *Rota nostr. in d. decis. cor. Calderoni num.* 67.

(8) *Florent. Fideicomm. de Taddeis* 25. *Febr.* 1728. §. *Signanter cor. Adv. Graffioni Rel.*

(9) *Vid.* memoratam *Legem* §. 19. *Pistorien. Fideicomm. del Gallo* 18. *Sept.* 1773. §. *Se all' incontro cor. Aud. Iosepho Vinci Relat.* ubi etiam, quod conditio *si sine Liberis*, tam ex dispositione Textus *in Leg. cum Avus*, quam Sanctione Legis *anni* 1747. non habet locum favore Fratris hæredis gravati, vel Nepotum ex fratre, aut sorore, alteriusve Transversalis *ibid.* §. *Di uguale*, *& seqq.*

THEORICA AZONIS

In Summ. Cod. de legit. hæred., & in Auth. Cessante Cod. eod.

ANTIQUA, anceps, & subtilis est quæstio, an Filii duorum Fratrum succedant Patruo *in Capita*, vel *in Stirpes*. In hac Quæstione duæ sunt inter se pugnantes Iurisconsultorum opiniones.

Prima opinio, quæ antesignanum habet *Azonem* IC. Bononiensem Sæculi XII. &

XIII., qui a *Baldo* Fons Legum appellatus fuit, cuiusque Epitome, quam *Summam* vocant, magno adhuc est in pretio, vult quod Nepotes succedant Patruo *in Capita*, itaut quot ipsi sunt, tot fieri debeant hæreditatis partes. (1)

Secunda opinio est *Accursii* Florentini celeberrimi Glossographi Sæculi pariter XII. & XIII., qui a *Cino* Pistoriensi Iurisconsultorum Idolum nuncupatus fuit, quique putavit successionem Nepotibus deberi *in stirpes*, ac propterea hæreditatem Patrui in duas partes esse dividendam (2).

Et quamvis pro hac secunda *Accursii* opinione maior pugnaverit Iurisconsultorum Acies, nihilominus hodie receptior est altera *Azonis* sententia, & quibusdam in locis Principum etiam auctoritate roborata fuit (3).

Cessante igitur concursu cum Patruis, vel Avunculis, seu Amitis, vel Materteris, itaut non extet repræsentationis necessitas, hodie recepta est opinio *Azonis* contra *Accursium*, ut omnes in capita, non autem in stirpes succedant (4).

Ampliant Pragmatici istam *Azonis* opinionem quod in capita dividatur hæreditas, ut procedat non solum in successione intestata, sed etiam in successione testa-

ta; in successione fideicommissaria, & emphyteutica (5) Existentes enim in pari gradu, & eamdem habentes vel a testatore, vel a Statuto vocationem, succedere debent in capita, non in stirpes (6); Præsertim vero si testator Nepotes suos nominibus propriis vocavit, vel eos pro æquali rata, & portione ad successionem invitavit (7).

Limitant vero *Azonis* opinionem, quando successio aperta fuit in vita Patris; tunc enim nepotes iure repræsentationis utuntur, & succedunt cum Patruo in stirpes, & non in capita (8).

Verum in successione testamentaria ad dignoscendum, an nepotes vocati fuerint in stirpes, vel in capita, recurri debet ad *coniecturatam* testatoris voluntatem, habendo semper ob oculos æquitatem, atque Iuris rationem (9).

---

(1) *De Luc. de Fideicomm. disc.* 19. *num.* 2. *& seq. Franch. decis.* 24 *Rot. Rom. cor. Buratt. decis.* 352. *& in Rec. dec.* 600. *part.* 5. *& dec.* 278. *part.* 6.

(2) *Viv. lib* 2. *comm. opin. n.* 25. *Buer. cons.* 2. *Becc. cons.* 16. *Rot. Rom. cor. Falconer. de Testam. decis.* 4. *num.* 1. *& de Miscell. decis.* 10. *num.* 1.

(3) *Thesaur. decis. Pedemont.* 153. *num.* 6. *&* 7.

(4) *Caball. cons. decis.* 114. *part.* 2. *Rot. Nostr. cor. Magon. decis.* 144. *sub. num.* 20.

(5) *De'Luc. de Fid. disc.* 19. *num.* 3. *& seq. Thes.* 4. *decis.* 153. *num.* 7. *in fin.*

(6) *Romana Fideicommissi* 3. *Decembr.* 1745. §. 4. *cor. Elephantutio*. Nepotes ex fratre excludunt a Successione intestata Nepotes ex sorore, *Rot. Nostr. in Thes. Ombros. tom.* 9. *decis.* 34. *num.* 54.

(7) *Afflict. decis. Neap.* 309. *per tot. Rot. in Recent. decis.* 637. *num.* 2. *part.* 19. *tom.* 2. *& dec.* 278 *num.* 3. *&* 4. *& num.* 21. *&* 25. *part.* 6.

(8) *Rot. Rom. in Rec. decis.* 279. *num.* 14. *part.* 6. *decis.* 311. *num.* 9. *part.* 11. *dec.* 469. *num.* 1. *part.* 13. *decis.* 412. *num.* 2. *&* 3. *part.* 16. *& cor. Falconer. tit. de Miscell. dec.* 12. In Fideicommissis datur repræsentatio, non secus ac in successionibus intestatis, *Rot. nostr. in Pisana Successionis* 6. *April.* 1773. *cor. Aud. Alex. Luci*, *Flor. Fideicomm. de Antinoris* 24. *Iul.* 1787. §. 77. *& per tot. cor. Aud. Petro Berti*. In Collateralium Successione datur repræsentatio usque ad tertium tantum gradum, & sic usque ad fratrum filios, nec ultra eos extenditur. *Novell.* 118. *cap.* 3. *Robles de Repræsentat. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 1. *& seqq. & cap.* 29. *num.* 2. *&* 5. Voluntas Testatoris efficit, ut repræsentatio admitti debeat in casibus, in quibus non esset admittenda, & reiici in casibus, in quibus admittenda foret, *Robles de Repræsentat. lib.* 1. *cap.* 5 *num.* 15. *& duob. seqq.*

(9) *Rot. in Rec. decis.* 278. *sub num.* 2. *part.* 6.

THEORICA BALDI

In Leg. Cunctos populos num. 57. *&* 58.
Cod. de Summ. Trinit.

BALDUS natus est Perusiæ ex *Francisco Ubaldo* Medico, qui genuit etiam *Angelum*, & *Petrum* Iurisconsultos non incelebres. Discipulus fuit *Bartoli*, cuius tandem evasit æmulus, & etiam aliquando in certamine victor: Illo enim argutior fuit in disputando, non sanior, ac utilior in iudicando. Locos omnes Iuris Civilis, Pontificii, & Feudalis ingenio suo investigavit: tandem a rabido Catello, quem in deliciis habebat, venenum hausit, mortemque oppetiit viro gravissimo indignam anno MCCCCIV.

Baldus itaque regulam posuit, quod Statutum circa ius personæ potest tripliciter disponere. Primo inhabilem *habilitando*; Secundo habilem *inhabilitando*; Tertio *habilitando* servata certa forma, &, ea cessante, *inhabilitando*.

Inhabilitatio igitur *Statutaria*, per quam persona regulariter habilis redditur

per Statutum inhabilis, iuxta memoratam *Baldi* theoricam, alia est *simplex*, & *absoluta*, per quam persona Subdita prohibetur aliquid facere per viam denegatæ potentiæ, &, uti consistens in præcepto simpliciter negativo, personam prohibitam non egreditur. Altera vero est *mixta*, aut *qualificata*, quando scilicet Statutum ultra prohibitionem, directe, vel indirecte disponit de bonis personæ prohibitæ; aut quando prohibet Actum fieri, nisi certis adhibitis solennitatibus. In primo casu Statutum extendit vires extra territorium Statuentium; In secundo autem casu fines territori non egreditur (1) Et ratio est, quia in primo casu quemcumque ad locum persona *inabilitata* se transferat, statutariam *inabilitationem* secum defert, quod secus est in secundo casu (2).

Verum tamen, est, quod statutaria quælibet sanctio ob defectum potestatis statuentium vires suas extendere nequit ultra fines proprii territorii, etiamsi de bonis extra eos positis expresse disponeret, in nihilum obstante præmissa *Baldi* distinctione. Quoties enim Statutum non est simpliciter, & absolute *personale*, sed *mixtum*, uti ex. grat est Statutum prohibens coniugi disponere de bonis suis ad

favorem alterius coniugis, tunc non potest egredi proprii territorii fines, & bona complecti extra illos sita (3).

Pro dirimenda vero quæstione, an, & quando in contractibus extra proprium territorium gestis inspici debeat Statutum originis, vel Statutum loci contractus, ponenda est regula isthæc; Si Statutum patrium unice det formam contractui, tunc ejus dispositio non attenditur extra proprium territorium, sed observare sufficit Statutum loci contractus. Si Statutum disponat relative ad bona in territorio statuentium posita, attendi semper debet patria constitutio ubicumque bona isthæc in contractum deduci velint; Si denique Statutum patrium disponat circa personam, tunc ejus sanctio observanda est, sive contractus in territorio statuentium, sive extra illud conficiatur (4).

Hoc in loco non est omittendum, quod si duo concurrant diversa Statuta, illud in dubio attendendum est, quod maiorem continet, & evidentiorem utilitatem (5), quodque magis favet validitati actus. Ideo si in una, eademque persona duo verificentur domicilia, sequenda est lex illa, seu Statutum, quod magis actum a nullitate præservat (6).

(1) *Gratian. discept. forens. cap.* 886. *num.* 12. *Palm. allegat.* 344. *num.* 13. *libr.* 4. *Urceol. de Transact. quæst.* 63. *num.* 14. *&* 15. *Rot. nostr. cor. Accaris. dec.* 69. *num.* 17. *& seqq. in Pisana Testam.* 5. *Sept.* 1732. §. *Statutaria cor. Canc. Francisco Fabrini Relat.*

(2) *Pecciolen. seu Florent. Successionis* 29. *Sept.* 1775. §. *Nec turbat cor. Aud. Luci, & Rossi, & in confirmat.* 13. *Sept.* 1776. *cor. Aud. Ulivelli Relat.*, ubi distinguitur inter Statutum, quod adimit *habilitatem* personæ *intra se*, & illud, quod aufert *habilitatem* personæ *extra se*, *Rot. nostr. in Thes. Ombr. tom.* 10. *dec.* 39. *num.* 90. ubi de hac recepta distintione. Vid. infra theoricam *Bartoli in ead. Leg. cunctos populos Cod. de summ. trinit.*

(3) *Dict. Pecciolen. seu Florent. Successionis cor. Luci, & Rossi*, ubi respondetur decisioni in dict. *Pisana Testamenti cor. Fabrini*, quæ decisio non bene nititur super *Baldi* distinctione.

(4) *Andreul. controv. Forens.* 41. *num.* 2. *&* 3. *Rot. Bononien. dec.* 125. *num.* 13. *&* 14. *Rot. Rom. in rec. dec.* 269. *num.* 3. *part.* 6. *Rot. nostr. apud Accaris. dec.* 69. *num.* 17 *& seqq & in Burgi S. Sepulchri Concursus.* 7. *Iulii* 1780. §. *E' celebre cor. Aud. Bernardino Buratti Relat.* ubi de Bartoli, & Baldi Theorica in dict. *Leg. cunctos populos Cod. de Summ. Trinit.* Quoad *habilitatem* personæ inspicitur Statutum loci, unde est contrahens, non Statutum contractus, & Iudicii; Secus, quoad executionem ipsius contractus *Rot. nostr. Flor. sub. die* 15. *Iul.* 1695. *lib. Motiv.* Vid. *Florent. seu Pisan. Nullitatis obligationis filii fam.* 12. *Iul.* 1782. §. *Ne potevano cor. Aud. Ubaldo Maggi Relat.* Statutum Civitatis *Cortonæ* Patriæ meæ, loquitur in Personam, non in rem, uti testatur *Caball. cons. decis.* 47. *num.* 3.

(5) *Ias. in Leg. Gallus §. Quidam recte num. 15. ff. de lib. & posth. Mascard. de Statut. conclus. 8. num. 96. pag. 339.*

(6) *Mass. ad Chartar. decis. 38. num 28. tom. 2. Rot. nostr. in Flor. Successionis de Gaetanis 30. Mart.* 1770. §. *In questo cor. Aud. Ant. Franc. Pellegrini & Canc. Petro Mansilli Relat. Pecciolen. seu Florent. Successionis* superius cit. §. *Quapropter*. Statuta ita interpretari debent, ut magis sint favorabilia Subditis, quam Exteris. *Vid. Respons. ad decis. in Liburnen. Pecuniaria 16. Iul.* 1785. §. 71. & 79.

THEORICA BALDI

In Leg. Quidam Testamento 99. ff. de Legat. 1.

FALSA, seu vitiosa demonstratio dispositionem non vitiat, ac propterea, ut docet *Baldus* in hac *Lege*, consumpta pecunia, de qua voluit testator legatum præstari, non extinguitur legatum quantitatis in genere relictæ (1).

Demonstratio est oratio ad rem, vel personam designandam, ac declarandam adscripta. Sed longe distat falsa demonstratio rei legatæ, vel personæ legatarii a falsa demonstratione legati. Falsa enim demonstratio personæ, vel rei legatæ non

nocet legato si aliunde constet, quid cuique legatum est. (2) Contra falsa demonstratio legati afficit legatum ipsum, eiusque substantiam: indicat enim legatum fuisse, quod vere legatum non fuit; & falsa opinio testatoris legatum facere non potest (3).

At quamvis demonstratio legatum non faciat, aliquando tamen illud auget, aliquando minuit, interdum etiam tollit, & irritum facit, uti videre est apud accuratiores Iuris Interpretes (4).

Illud nobis adnotasse sufficiat, demonstrationem vel talem esse, qua non adposita res nihilominus apparet quæ legata est; vel talem, quæ ad designationem rei ita necessaria est, ut sine ea quid legatum sit intelligi nequeat. Prima demonstratio non vitiat legatum, quia quidquid demonstrandi gratia additur rei iam satis demonstratæ supervacuum est, ac velut pro non scripto habetur.

Secunda demonstratio legatum vitiat, eo quod nullo modo apparet res illa, seu corpus illud, quod falso demonstratum fuit (5).

Nec prætereundum est, quod si falsa demonstratio adscripra sit non rei legatæ, sed rei alteri, ex qua testator legatum

præstari iubet legatum non vitiat, sive demonstratio ad designandam rem necessaria sit, sive res, unde legatum solvendum est absque demonstratione illa nuspiam apparitura esset (6) Quod etiam obtinet, si res demonstrata ut inde legatum solvatur, ab initio quidem extiterit, sed vivo testatore esse desierit (7).

Si tamen testator non rem præsentem, sed futuram, aut sibi adhuc acquirendam demonstret, ex qua legatum persolvatur, nec res illa unquam testatori acquisita fuerit, legatum non debebitur, quia futuræ rei demonstratio conditionem potius, quam demonstrationem facit (8).

Illud etiam observatione dignum est, legatum non vitiari si species legata non existat in loco, quem testator demonstravit, quoties vere existat in hæreditate, & ex circumtantiis apparet testatorem errasse non circa legati substantiam, sed circa locum duntaxat existentiæ rei legatæ (9) Legata igitur tota pecunia, quam testator dixit habere in aliquo loco, quum illam in alio loco vere, ac realiter haberet, utique præstandum est legatum, quum illa loci demonstratio, sive adiectio dici debeat per errorem adposita (10).

Nec solum falsa demonstratio rebus ap-

poni potest, sed etiam personis in testamento honoratis. Itaque subsistit legatum, atque institutio, si in hæredis, aut legatari pronomine, nomine, cognomine, vel agnomine testator erraverit, dummodo de persona constet (11) Si tamen circa sanguinis vinculum, seu cognationem falsa demonstratio per errorem adiecta sit, quemadmodum si testator alicui, ut patri, aut filio, aut fratri quid reliquerit, cui nihil fuisset relicturus, si eum patrem, aut filium, aut fratrem non esse scivisset, tali casu legatum minime deberi certum est (12). Fallit, si testator certo sciens fratrem, aut cognatum quempiam non esse, illum fratrem, aut cognatum appellaverit, dum eum fraterna caritate diligebat, vel uti cognatum suo prosequebatur amore (13).

---

(1) Vid. *Rot. in Rec. dec.* 368. *num.* 14. *part.* 18. *tom.* 1. *& cor. Merlin. dec.* 456. *num.* 15. *& seqq.*

(2) *Leg. nominatim* 34. *in princ. ff. de cond. & demonstr.*

(3) *Leg. cum tale* 71. *§. ult. ff. eod. leg. non solum §. sed si debitorem ff. de liberat. legat. leg. Paula* 27. *§. ult. ff. de legat.* 3.

(4) Augetur Legatum in *leg. Qui duos* 15. *ff. de Legat.* 2. Minuitur legatum *in leg. Quæsitum* 78. *§.* 1. *ff. de legat.* 3. Tollitur legatum in *leg. Titius* 25.

§. 1. *ff. de lib. & Posth.* Vid. doctissimum *Iosephum Averani Interpret. Iur. lib. 5. cap. 15. & seqq.* ubi plura suppeditat exempla.

(5) *Voet. ad Pandect lib. 35. tit. 1. num. 4.* ubi hoc explicat exemplis. *Vid. Votum Adv. Io. Pauli Ombrosi in Perusina, seu Senen. prætensi legati §. 33. & seqq.* ubi, quod regula illa, quod falsa demonstratio non vitiet dispositionem, procedit in demonstratione *superflua*, & *voluntaria*, non autem in *necessaria*, & quæ determinat substantiam rei, vel demonstrat qualitatem, quæ poterat esse causa finalis dispositionis.

(6) *Leg. cum tale 71. §. ult. ff. de cond. & demonstr. Voet. loc. cit. num. 5.*

(7) *Leg. Quidam testamento 96. ff. de Legat. 1. leg. Pater 23. ff. de Adim. vel transf. legat.*

(8) *Leg. Nominatim 34. §. 1. ff. eod. tit. Voet. loc. cit. num. 6.* ubi refert. IC. Hollandiæ Responsum.

(9) *Rot. nostr. in Flor. Legati 3. Sept. 1754. cor. Audd. Iosepho Bizzarrini, & Francisco Mari, & in Flor. hæreditatis 14. Martii 1783 §. Ne poteva, & seqq. cor. Aud. Iosepho Vinci Relat. Confirmat.* alterius præced. Decisionis *in Flor. seu Mutilianen. Petitionis hæreditatis 14. Iun. 1782. §. 7. cor. Aud. Ubaldo Maggi.*

(10) *D. Florent. legati cor. Bizzarrini, & Mari,* ubi conciliantur *Textus in leg. Patronus 35. §. Sempronio, & §. Libertis ff. de legat. 3.* cum *Textibus in leg. Quæsitum 78. §. 1. ff. de Legat. 1. in leg. Nam quod liquide 4. §. ult. de Penu legat. & in leg. Si servus 108. §. Qui quinque ff. de legat. 1.* animadvertendo quod in hac materia totum pendet a mente testatoris desumpta ex coniecturis, ac præsumptionibus demonstrantibus in uno casu eum voluisse coarctare legatum genericum ad locum, vel ad species designatas, in alio autem casu id non voluisse, sed vel animo non restringendi Legatum, vel per errorem lo-

cum, vel species nominasse. *Ibid. Art. II. per tot.*

(11) §. *Si quidem* 29. *ibiq. DD. Instit. de legat. Peckius de Testament. Coniug. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 1.

(12) *Leg.* 4. *&* 7. *Cod. de Hered. instit.*

(13) *Leg. verum est* 63. *ff. Pro soc. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib.* 4. *tit.* 7. late *Voet loc. cit.* Quoties dubitari potest, an Legatum relictum fuerit potius uni, quam alteri ex duabus personis idem nomen habentibus, illi censeri debet relictum, erga quem Testator maiorem affectionem, maioremque coniunctionem habebat. *Florent. seu Marradien. legati* 24. *Sept.* 1796. *cor. Aud. Petro Pardini Relat.* quæ confirmata fuit a *Rota* Vid. *Senen. Legati* 12. *Aug.* 1799. §. *E tanto cum seqq. cor. Aud. Mori Ubaldini*, ubi quod in legatis speciei prædilectus censetur Legatarius, in Legatis vero quantitatis prædilectus censetur hæres.

THEORICA BALDI

Cons. 181. *col.* 2. *lib.* 3.

SERMO prolatus interpretationem recipit a quatuor caussis, scilicet a personis, a forma verborum, a facto, seu materia, & ab intentione finali disponentis. Inspici enim debet a quo sermo fiat, & super quo, & qualiter, & ad quem finem, & effectum. Hoc dicit *Baldus*, eumque sequitur IC. *Geminianus*, cuius etiam au-

ctoritas in Foro magna est, eamque DD. merito venerantur. (1) Ipse enim in suo *cons*. 67. *per tot.* optime docet, quod interpretatio rei dubiæ erui primo debet a propria verborum significatione, deinde a potestate disponentis, postea a natura materiæ, ultimo a causa finali (2).

Quæ quidem finalis caussa maxime perpendenda est, quum inter omnes interpretationis regulas tutior sit, atque securior, nam in qualibet verborum ambiguitate ea semper præferri debet intelligentia, quæ disponentis intentioni, & obiecto magis cohæreat (3).

Ad dignoscendam autem disponentis intentionem, eiusque finem, & obiectum intelligendum, ponderare convenit tum personarum qualitatem, tum particulare ipsarum commodum, & interesse, tum circumstantias, in quibus de tempore Actus reperiebantur, tum denique naturam, & indolem negocii, quod disponentem ad ita agendum impulit, ac determinavit (4).

Optima est etiam interpretatio, quæ ex dispositionis observantia promanat, quæque interdum præfertur ipsi verborum proprietati (5) Ea est enim observantiæ vis, atque robur, ut in quacumque dispo-

spositionis interpretatione eminenter dominetur ad eversionem etiam contrariæ veriores intelligentiæ (6).

Ex opinione etiam, quæ vigebat tempore conditæ dispositionis, congrua desumi potest verborum interpretatio (7).

In rebus præiudicialibus, & odiosis verba stricte interpretanda sunt; in favorabilibus benigne, & late (8).

In dubio autem regulare est, quod interpretatio fiat contra eum, qui se fundat in verbis dubiis, & obscuris (9); quique apertius legem præscribere poterat, clariusque loqui (10).

---

(1) Inter quos *Card. De Luc. de Benefic. disc.* 3. *sub num.* 11.

(2) *Rot. Rom. in Rec. decis.* 574. *num.* 21. *part.* 5. *tom.* 2. Vid. *Vot. decisiv. Aud. Raffaelli in Florent. Fideicommissi de Gaetanis* 28. *Sept.* 1781. §. 14.

(3) *Puffendorf. de Iur. Nat. & Gent. lib.* 5. *cap.* 12. §. 7. *Heinecc. ad Puffendorf. de Offic. Hom. & Civ. lib.* 1. *cap.* 17. §. 8. *Mantic. de Tacit. & Ambig. lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 3. *& seqq. Rot. nostr. in Fivizzanen. Commendarum* 28. *Iun.* 1748. §. 17. *cor. Aud. Iosepho Bizzarrini Relat.* Ex personarum, & causarum qualitate metiri debet interpretatio Contractus. Ead. *Rot. nostr. in Thes. Ombr. tom.* 11. *dec.* 18. *n.* 12. Interpretatio elicita ex natura rei subiectæ est intrinseca, & necessaria. *Tom.* 9. *dec.* 21. *num.* 8. Ea-

que semper fieri debet interpretatio, quæ congruit subiectæ materiæ, *Tom. 6. decis. 46. num 3.*

(4) *Gutling. Ius Nat. ac Gent. cap. 23. §. 51. Heinecc. Element. Philos. Moral. cap. 2. sect. 4. §. 125. & seqq. d. decis. cor. Bizzarrini §. 28.*

(5) *Rot. Rom. in Rec. decis. 199. num. 12. & 13. part. 10.*

(6) *Florent. præt. Fideicomm. de Machiavellis 20. Iun. 1730. Art. 4. in princ. cor. Aud. Martio Venturini . Pistorien. præt. Primogenituræ 26. Sept. 1770. §. Postremo tandem cor. Aud. Francisco Rossi*. Raro subiacet errori illa Contractus intelligentia, quæ cohærens est subsequenti ipsius contractus observantiæ, *Florent. Solutionis Canonis & Oner. fund. Emphyt. 22. Aug. 1783. §. ult. cor. Aud. Ignatio Maccioni*. Ex Actibus etiam antecedentibus, & præparatoriis voluntas contrahentium eruitur. *Senen. seu Iuncarien. Divisionis 30. Sept. 1785. §. 49. cor. Aud. Simonelli Relat.*

(7) *Florent. Fideicomm. Salvi de Borgherinis 25. Aug. 1713. §. Habito cor. Aud. Vasoli Piccinini, Pisana Maioratus de Campilia 30. Mart. 1773. §. 35. & seq. cor. Aud. Horatio Cattani*. Interpretatio Legis iuxta recentem DD. opinionem potest dare normam futuris negociis, non autem infringere præcedentem ipsius Legis interpretationem, *Florent. Successionis. 30. Sept. 1789. §. Poichè oltre cor. Aud. Arrighi*.

(8) *Rot. in Rec. decis. 4. num. 7. part. 8. decis. 118. num. 22. part. 9. tom. 1. & decis. 212. num. 7. part. 14.*

(9) *Decis. 78. num. 4 part. 2. & dec. 126. num. 7. part. 8.*

(10) *Text. in leg. Veteribus 39. ff. de pact. Rot. in Rec. decis. 154. num 44. part. 8.*

THEORICA BALDI

In Leg. Voluntatis 7. n. 9. & 10. Cod. de Fideicomm.

VOLUIT in hac Lege *Baldus* quod si testator legatum alimentorum relinquat, hæres propter non factum inventarium non teneatur ultra vires hæreditatis, quia quidquid est supra vires patrimonii, non censetur a testatore relictum; & quia legatum alimentorum taxandum est arbitrio boni viri, qui debet inspicere æquitatem, non Iuris rigorem: Et quamvis debeat arbitrari secundum Leges, tamen etiam secundum Leges non est æquum, ut hæres præstare teneatur quod vires hæreditariæ minime patiuntur (1). Idem est, si testator dotem, vel aliquid aliud legaverit *ad arbitrium*, quia propter non factum inventarium legatum non augetur ultra mentem testatoris, qui censetur illud coarctare voluisse intra vires suæ hæreditatis, absque eo quod hæres de bonis propriis supplere teneatur (2). Ubicumque enim actio ex sui natura respicit facultates defuncti, impossi-

bile est, ut hæres ob Inventarii omissionem in solidum teneatur.

Ista tamen *Baldi* sententia non procedit in alimentis, vel dote, quæ a testatore definita, ac *taxata* fuit; tunc enim hæres non confecto inventario stare tenetur testatoris præcepto; nam propter *taxationem* ab eo factam non requiritur alia *taxatio* arbitrio boni viri facienda (3) Quod obtinet etiam in alimentis, aliisque rebus a testatore non taxatis, quæ in ejus vita præstare consueverat: hocce enim in casu legatum videtur ab ipso testatore taxatum, ac definitum, de eoque non secus ac de taxato iudicandum est (4).

Pariterque non procedit *Baldi* sententia, si aliqua extet dubitaudi ratio circa subtractionem, & occultationem bonorum hæreditatis; quia tunc hæres in solidum tenetur ad præstandum legatum, quum regulare sit hæredem tunc solum non teneri ultra vires hæreditarias, quando omnino cessat subtractionis, & occultationis suspicio (5) Quod adeo verum est, ut ob omissionem Inventarii de prædicta *Baldi* opinione nonnulli dubitaverint, eam ob rationem, quia arbitrium boni viri regulari debet secundum leges, & quando hæres inventarium omisit, disponunt leges,

quod teneatur in solidum, nam præsumitur res hæreditarias occultasse, vel subtraxisse (6). Re tamen bene perspecta *Baldi* decisio amplectenda est ob rationes superius expositas (7).

Ex qua *Baldi* decisione inferri recte potest, quod hæres creditor defuncti gravatus onere fideicommissi universalis, potest in ejus restitutione deducere id, quod sibi a Testatore debetur, etiamsi *libere* hæreditatem acceptaverit: Et ratio est, quia cum fideicommissum universale non contineat, nisi id, quod in hæreditate testatoris reperitur, detracto omni ære alieno, omissio Inventarii nocere nequit hæredi de bonorum occultatione minime supecto, quia sive illud ipse confecerit, sive non, fideicommissum universale ultra vires hæreditarias extendi minime potest (8) Quod secus est in Legatis, & Fideicommissis particularibus, quia cum ista posssint fieri ultra vires hæreditatis, ideo ad ea tenetur hæres etiam ultra ipsius hæreditatis facultates, quoties Inventarium ipse non confecit, præsertim vero si de aliqua ejus fraude suspicari possit (9).

(1) *Francisc. Arretin. in rub. ff. de acq hæred. col. 4. vers. præterea Surd. de Aliment. tit. 8. privileg. 18.*

num. 3. *Phanucc. de Invent. part.* 7. *num.* 38. Vid. *Senen. Legati* 12. *Aug.* 1799. §. *L' altra cor. Aud. Francisco Mori Ubaldini*, ubi quod legatum annuum solvendum est ex fructibus bonorum hæreditatis, non bonorum hæredis quamvis libere hæreditatem acceptaverit; & quamvis Inventarium non confecerit, si de rebus hæreditariis rationem reddere possit.

(2) *Gratian. discept. for. cap.* 34. *num.* 3. *Palm. Nep. allegat.* 24. *num.* 5.

(3) *Natt. cons.* 387. *num.* 9. *Surd. de Aliment. tit.* 4. *quæst.* 9. *num.* 33. *Gratian. loc. cit. num.* 26. & *De Luc. in Animadv. num.* 6.

(4) *Gratian. ubi supr. num.* 27. Quod si factum fuerit Inventarium, taxatum non debetur, nisi quatenus pati possunt hæreditatis vires, *Castrens. cons.* 476. *dub.* 2. *lib.* 1. *Surd. loc. cit. num.* 36.

(5) *Rot. nostr. in Pistorien. Inventarii, seu Pecuniaria* 20. *Sept.* 1769. §. 2. & 3. *cor. Aud. Benedicto Moneta d. Senen. Legati cor. Aud. Mori Ubaldini* §. *La prima*.

(6) *Ias. in leg. final.* §. *Si præfatam col. pen. vers.* 4. *Cod. de Iur. delib. Natt. cons.* 387. *num.* 9.

(7) Vid. *Surd. de Alim. tit.* 8. *privil.* 13. *num.* 4. & 5. Si enim de proprio teneretur hæres, non solveret de bonis testatoris, sed de suis, ac pœna recte dici posset. *Ibid. num.* 5.

(8) *Palm. Nep. d. alleg.* 24. *num.* 6.

(9) *De Luc. de Hæred. disc.* 17. *num.* 7. & *seqq. Merlin. de Pignor. lib.* 5. *quæst.* 15. *num.* 19. & *seqq. Rot. nostr. in dict. Pistorien. Inventarii cor. Aud. Moneta loc. cit.* Quænam requirantur, ut Inventarium dici possit recte factum, atque hæredi prodesse valeat, ne ultra vires hæreditarias teneatur, Vid. *Sabell. resolut. cap.* 3. *num.* 12. & *seqq.* & *Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 4. *dec.* 10. *num.* 34.

THEORICA BALDI

In Leg. final. num. 31. Cod. de Hæred. instit.

NOTAT *Baldus* in hac *Lege*, quod hæreditas tertiæ personæ, ad differentiam rei legatæ relinqui non potest. Ratio est, quia hæreditas respicit personam hæredis, & quamdam in lure inductam representationem defuncti, quæ neque redimi, neque pretio acquiri valet: Legatum vero respicit ipsam rem, quæ redimi potest, & præstari.

Verum hæreditas defuncto leganti delata recte potest relinqui, quo casu Legatario hæreditatis illius onera incumbunt (1).

Prædicta *Baldi* sententia, quæ solum respicit legatum hæreditatis tertiæ personæ, locum habet sive testator fuerit sciens, sive ignarus eam esse alienam (2). Quod non procedit in legato rei alienæ, in quo non aliter res legata, vel æstimatio ejus per hæredem præstanda est, quam si testator sciverit eam esse alienam, & hoc ipsum per legatarium tamquam actorem, & affirmantem plene probetur (3).

Quid si testator rem suam, sed alteri obligatam legaverit? Tunc etiam ad hæredem spectat pignus luere, quoties testator sciverit rem esse obligatam; ad legatarium vero si id testatori ignotum fuerit (4).

At quamvis onus luendi, seu redimendi rem legatam spectet ad legatarium quando testator ignoravit onus rei legatæ, attamen luitio, seu liberatio erit hæredis, si ex facti circumstantiis appareat, quod si testator onus scivisset, aut prævidere potuisset, illud ab hærede, non autem a Legatario luendum mandasset. Præsumptiones autem, & circumstantiæ legatario propitiæ sunt: si legatarius ipse fuerit persona testatori sanguine devincta, vel pia, ac favorabilis causa; si testator specialem affectionem habuerit ad rem legatam; tandem si onus exiguum sit respectu totius hæreditatis (5).

Quoties legatum relictum est principaliter ad favorem legatarii, tunc si onus legatario impositum cesset ex casu fortuito, debetur nihilominus legatum (6). Distinguere tamen oportet, an onus legatario impositum sit causa *finalis* legati, vel potius *occasionalis*, & *impulsiva*. Primo casu si onus cesset ex casu fortuito sine

facto hæredis, legatum non debetur: secundo vero casu debetur legatum, dummodo absit culpa legatarii.

Ad dignoscendum autem, an onus sit caussa *finalis*, vel potius *impulsiva* legati, advertendum est, an legatum relictum sit ad favorem hæredis, vel testatoris, an ad favorem Legatarii. Primo casu onus semper est caussa finalis legati; secundo vero casu est impulsiva, & occasionalis (7).

---

(1) Arg. *leg. ex facto* 17. §. *Iulianus ff. ad SC. Trebell. leg. si quis servum* 8. §. *ult. leg.* 9. *ff. de legat.* 2. *Voet ad Pandect. lib.* 30. §. 19. Legari etiam potest pars quota, veluti dimidia hæreditatis ipsius defuncti. Interest tamen, utrum quis a defuncto in parte hæreditatis institutus sit, an vero pars hæreditatis ei legata fuerit, quoties fideicommisso gravatur; Nam in primo casu *Quartam* deducit, secus in secundo. *Leg. Mulier quæ* 22. §. *ult. ff. ad SC. Trebell. Voet ibid.*

(2) *Polit. de Legat. quæst.* 35. *n.* 8. Quoad legata a testatore relicta super bonis hæredis, vel super bonis antecedenti fideicommisso suppositis, ad quod hæres ex proprio iure veniebat, & de similium legatorum subsistentia, & adimplemento ab hærede præstando, *Vid. Florent. Viridarii diei* 8. *Ianuar.* 1652. *cor. Ant. de Riccis Iud. Consult.*

(3) *Leg. Cum alienam* 10. *Cod de Legat. & fid. Voet loc. cit.* §. 26. *Rot. nostr. in Florent. Luitionis, seu Reintegrationis Fideicomm.* 29. *Ian.* 1773. *cor. Aud. Ulivelli.*

(4) Ead. *Decis. cor. Aud. Ulivelli*.

(5) *Zoes. ad Pandect. tit. de legat. & fid. n.* 22. *Voet. ibid.* §. 26. ubi plura habentur de legato rei alienæ, & de rei legatæ luitione, ac præstatione.

(6) *Rot. nostr. in Pisana Legati 9. Iunii* 1775. § *ult. & per tot. cor. Aud. Bernardino Buratti Rel.* ubi agitur de Legato relicto Administratori Fundi, ob cuius divisionem ab hæredibus factam, cessabat ejus administratio.

(7) Ead. *Pisana Legati cor. Aud. Buratti* §. *Bastava questo* ubi DD. referuntur.

Quando Legatum, vel fideicommissum particulare continere potest *genus*, & *speciem*; vel fundum *maiorem*, & *minorem*, semper intelligi debet de *specie*, vel de fundo *minore*, ut minus quam fieri possit gravetur hæres. Quæ quidem regula locum habet, quamvis legatum, vel fideicommissum relictum fuerit personæ, quæ non minus quam hæres testatori sit coniuncta, vel dilecta, *Vid. Votum pro Veritate* almæ *Rotæ Florentinæ in Carrarien. Fideicommissi de Tenderinis* 19. *Aug.* 1771. ubi plures exponuntur regulæ pro congrua Legatorum interpretatione.

THEORICA BALDI

In Leg. si quis argentum 35. *sub n.* 6. *Cod. de Donat.*

QUAESTIONEM valde singularem excitat, resolvitque *Baldus* hisce verbis „ *Testator fecit testamentum, & instituit me hæredem, & mandavit, quod quolibet*

anno darem cuidam loco religioso XV. Salmas Musti. Dico ego Religiosis: volo de bonis Testatoris assignare vobis unam bonam vineam, & vos habebitis curam circa eam. Dicunt Religiosi: nolumus istam curam, imo nolumus habere facere aliud, nisi bibere Quid iuris? Videtur casus contra Religiosos; quia si datur eis possessio sufficiens arbitrio boni viri, quod ipsi hanc curam declinare non possunt. „

Ex qua *Baldi* sententia deducunt nonnulli, quod promittens annuum reditum, satisfit suæ obligationi assignando arbitrio boni viri tot bona illum reditum annuum producentia, absque eo quod conveniri possit ad supplementum, quoties absque sua culpa post factam assignationem bonorum reditus minuatur (1).

Sed in hac, aliisque huiusmodi quæstionibus distinguendum est, an bona, ex quibus annuus reditus præstari debet, assignata fuerint *taxative*, vel *demonstrative*. Primo casu promittens non tenetur fructuum deficientiam supplere; secundo autem casu tenetur, iuxta ea, quæ adnotabimus agendo de Theorica *Bartoli in leg. si quis stipulatus* 57. *ff. de solut. & liberat* (2).

In vim etiam nostræ Legis *diei* 2. *Martii* 1769. super *Manibus Mortuis* rogatæ, redimi possunt, & *affrancari* bona propria ab onere Piorum Legatorum, assignando Ecclesiis, aliisque Domibus Religiosis, etiam invitis, & reluctantibus, tot *Loca Montium*, aliava publica credita existentia in Etruriæ Dominio, quæ cum fructibus æquent onus annuum, cui bona ipsa obnoxia erant (3) Cuius assignationis effectus est, ut eadem bona originaria libera evadant, & immunia a quacumque molestia vel *directa*, vel *indirecta*, & a quacumque actione, quam excitare vellet *Manus mortua* pro obtinendo regressu ad ipsa bona pro satisfactione onerum originarie obligata. Verba legis hæc sunt „ §. XXVI. *La voltura dei Luoghi di Monte Surrogati ai Beni tanto nell' uno, che nell' altro caso, fatta che sia cogli opportuni Decreti, renda liberi i predetti beni in qualunque caso contingibile, ancorchè per dirvelo compreso fosse necessario di farne special menzione, da qualunque molestia, che direttamente, o indirettamente si potesse promuovere per ragione di detti pesi, o per il prezzo, a cui erano per l' avanti obbligati; per il quale effetto ora*

per allora aboliscliamo nelle Mani Morte perpetuamente qualsivoglia azione di regresso, che per qualunque titolo potesse loro competere „

Sed quæri potest, an fructibus bonorum subrogatorum ex casu fortuito diminutis, competat regressus ad bona originaria? Negativam responsionem suppeditare videtur ipsamet Edicti litera. (4)

---

(1) Ita *Lanfredinus in suo Responso Iuris VII.* Vid. ad materiam *Florent. supplementi pro celebratione Missæ quotidianæ* 22. *Iun.* 1787. §. *I detti*, & *seqq. cor. Aud. Ulivelli*.

(2) Plene *in dict. Florent. Supplementi ec. cor. Aud. Ulivelli*, ubi quaudonam fundus dicatur potius *demonstrative*, quam *taxative* adiectus?

(3) Vid. §. 24. & 25. *eiusd. Legis anni* 1769. & annexam *Instructionem pro Notariis art. V.* §. 20. & meum Opusculum „ Dei *Livelli di Mano Morta Sez. XIII.* Quoad *Affrancationem* Canonis ad rationem 4. pro centenario, *Vid.* recentissimam Legem 22. Maii 1800.

(4) Regulare est enim, quod per subrogationem transferatur in bonis subrogatis idem onus, quod inerat in bonis originariis, & solum agi possit ad bona subrogata, non autem ad bona originaria. *Florent. præt. Immissionis* 28. *Iun.* 1771. §. *Plane cor. Aud. Francisco Rossi*. Vid. *Collen. Administrationis* 2. *Octobr.* 1725. §. *Triplex quippe cor. Aud. Marco Philippo Bonfini*, ubi cum distinctione casuum determinat, an, & quando locum habeat regula, quod res subrogata assumat indolem, ac naturam rei originariæ.

THEORICA BALDI

In Leg. In Successione 1. *sub. num.* 4. *Cod. de legit. Hæred.*

PERCELEBRIS est hæc *Baldi* Theorica, quod nempe tot debeant esse Dotes, quot sunt Hæreditates, a quibus Fœminæ per Statutum excluduntur. Et hæc opinio Fœminis favorabilis apud vetustos Interpretes firmissime prævaluit ex duabus præsertim rationibus, quarum prima consistit in maximo, ac pene intolerabili præiudicio Fœminarum, quæ ex una parte carerent hæreditatibus sibi de Iure communi debitis, ex altera vero parte privarentur dotibus sibi a Statuto reservatis in locum sublatæ hæreditatis. Secunda vero ratio posita est in multiplici, ac exorbitanti lucro, quod contra Iuris, & æquitatis regulas consequerentur Masculi ex hæreditatibus Fœminis etiam spectantibus absque ulla erga fœminas exclusas retributionis usura (1).

Opposita tamen sententia in Foro nostro recepta est, eamque etiam alibi com-

muniter sequuntur Iurisperiti hisce duobus innixi fundamentis. Primum est, quia cum statuta censeantur directa ad conservandas hæreditates apud Masculos Agnatos, pro maiori familiarum splendore, ideo non est præsumendum statuentes tolerare voluisse, quod Fœminæ congruenter dotatæ ex bonis unius hæreditatis, transferant in extraneas familias aliarum etiam hæreditatum bona. Secundum fundamentum est, quia Fœminæ propter dotem semel receptam haberi debent ac si essent extraneæ respectu propriæ Agnationis; unde sub palliato dotis titulo nequeunt amplius contra Agnatos agere ad novas dotes assequendas, quibus indigere non possunt (2).

Verum opinio *Baldi* locum sibi vindicare potest, ubi Fœmina fuisset dotata ex bonis Extraneorum, vel Transversalium ad dotationem non obligatis, quia tunc dotem petere posset, ac obtinere ex hæreditate etiam Ascendentis, super qua Mulier descendens prævium quoddam habet iuris vestigium (3) Secus vero, ubi Fœmina dotem assequuta fuisset ex hæreditate Ascendentis ad dotationem obligati, quia tunc novam dotem consequi non posset ex hæreditatibus Transversa-

lium, super quibus in concursu masculorum a statuto prædilectorum, nullum habere censetur ius certum, & absolutum (4).

Locum etiam sibi vindicare potest opinio *Baldi*, quoties ex litera Statutorum evidenter appareat, Fœminas fuisse exclusas non propter Masculos Agnatos, uti disponit *Statutum* nostrum *Florentinum*, sed solum propter Dotem, itaut dos sit ipsius exclusionis caussa; Quandoquidem in hoc themate non ita facile admittenda esset Fœminarum exclusio absque correspectiva novæ dotis præstatione in singulis hæreditatibus, a quibus masculi fœminas arcere contenderent (5).

Tunc vero Statuta dicuntur excludere Fœminas propter dotem, non propter masculos, quando supponunt dotationem pro exclusione, & dos est caussa ipsius exclusionis (6) E contra dicuntur excludere Fœminas propter Masculos, non propter dotem, vel quando excludunt a successione fœminas tam dotatas, quam indotatas, iniuncto masculis onere illas dotandi; vel quando excludunt fœminas dotatas, & mandant eas debere esse contentas dote data, absque spe aliud ulterius petendi (7) De qua re nonnulla dicenda erunt in *Theorica Castrensis cons 7. vol. 2.*

(1) *Constat. ad Stat. Urb. annot. 39. art. 3. num. 170. tom. 2. Polit. de Dot. quæst. 12. num. 2. & seqq. Mans. consult. 399. num. 19. & seqq. tom. 5 Rot. Rom. post. Merlin. de Pignor. dec. 390. num. 8, & seqq. & dec. 429. num. 5.*

(2) *Menoch. cons. 3. num. 11. & seqq. lib. 1. De Luc. de success. disc. 5. num. 15. Polit. loc. cit. num. 5. & 6.* Advertendum est, quod si caussa finalis Statutorum excludentium fœminas sit favor Agnationis, nempe ut bona ad Agnatos perveniant, tunc deficientibus Masculis Agnatis, & sic cessante caussa finali Statuti, cessare debet eiusdem Statuti dispositio. *De Comitib. decis. Flor. 15. num. 40.* & in *lib. motiv. 64. pag. 454. t. in fin.* Advertendum est etiam, quod Statuta excludentia fœminas a successione, masculis extantibus, non proferunt vires suas ad bona existentia extra territorium statuentium, *Peregr. dec. Patav. 117. num. 2. Rot. cor. Pen. dec. 335. num. 5.* Vid. Theoricam *Bartoli, Baldi, & Salyceti in leg. Cunctos Populos cod. de Summ. Trinit.*

(3) *Ruin. cons. 74. num 16. & seqq. lib. 2. Mans. Consult. 45. sub num. 7. Polit. loc. cit. num 11. & seqq. Rot. Rom. in Rec. decis. 329. num. 35. & seqq. part. 6.* Nisi tamen Extraneus, vel Transversalis fœminam dotasset pro exonerando Patre, aliove ascendente ad dotationem obbligato *Vid. ad mater. Florent. Legitimæ de Berzighellis 28. Iun. 1680. cor. Aud. Cosma Farsetti.*

(4) *De Luc. de success. disc. 17. num. 5. Constant. ad Stat. Urb. loc. cit. num. 194. & seqq. Polit. ub. supra.*

(5) *Constant. loc. cit. num. 180. & seqq. & num. 221. & 231. Polit. ibid. num. 17. & seqq. Palm. Nep. Alleg. 153. num. 11. & plur. seqq.*

(6) *Gratian. discept. forens. cap. 15. num. 25. &*

cap. 157. *num.* 17. *Costant. loc. cit. num.* 22. *Rot. Rom. cor. Dunozzet. dec.* 351. *num.* 6. *seqq.* & *in Rec. dec.* 264. *num.* 6. *part.* 6. & *dec.* 241. *num.* 2. & *seqq. part.* 18. *tom.* 1.

(7) *Surd. cons.* 438. *num.* 39. *Rot. post. Fenzon. ad Statut. Urb decis.* 113. *Constant. loc. cit. n.* 218. & 220. & *seqq.* Si Statutum excludat solum fœminas ab hæreditate Dotantis, tunc Dos est causa exclusionis; secus si Statutum eas excludat non solum ab hæreditate Dotantis, sed etiam aliorum, *Rot. Rom. in Spoletana Immissionis* 16. *Iun.* 1741. *cor. Canilliac.* Fœminæ censentur simpliciter, & absolute exclusæ, quando Statutum illas propter Dotem excludit. *Rot. in Rec. decis* 235. *num.* 1. *et seqq. part.* 19. *tom.* 1. Quoties exclusio non apparet temporalis, limitata, & suspensiva, intelligi semper debet absoluta, & perpetua. *Vid. Respons. ad decis. in Pistorien. Fid.* 7. *Iun.* 1777. §. 41. Vid. *Florent. supplementi Dotis* 27. *Sept.* 1775. *cor. Canc. Ioanne Vinci Relat.*, ubi plene agit de Statuto *Florentino* literaliter disponente, quod Fœminæ exclusæ a successione propter Masculos, congrue, & competenter dotandæ sint.

THEORICA BALDI

In Leg. Si præsens 17. *Cod. de Donat.*

VERBA *Baldi* hæc sunt „ *Mater fecerat poni bona sua in Extimo Filiorum non animo donandi, sed ad hoc, ut in-*

publicis *Estimi*, vel *Decimarum* libris. Leges etenim, ac præsertim nostræ, sive nitantur in favore privatorum contrahentium, sive in publico tributorum commodo, eorumque faciliori exactione, iubent, quod bona propria in alterius faciem descripta subiiciantur omnibus obligationibus, & hypothecis per eum contractis, apud quem indebite descripta reperiuntur. (3) Quæ quidem Leges intelligendæ sunt de iniusta, ac indebita in faciem alterius descriptione; Ac propterea, ubi non verificatur qualitas iniustæ, vel indebitæ descriptionis, seu retentionis bonorum, locus esse non potest Legibus nostris, quæ in damnum veri domini minime sunt extendendæ (4).

---

(1) Plene *Rota* nostra in *Florent. Domus* 26. *Ian.* 1748. §. 28. *et seqq. cor. Aud. Marco Philippo Bonfini* Apud nos non ita facile contingere potest huiusmodi fraus, & machinatio, nam a Legibus nostris, ac præsertim ab illa diei 28. Febr. 1787. constitutum est, ut descriptiones, seu *Volture* fieri debeant exibendo Instrumentum, ac titulum præcisum Acquisitionis.

(2) *Scopp. ad Merlin. cap.* 58. *num.* 8. *cent.* 2. *De Franc. dec.* 205. *Fontanell. dec.* 571. *per tot. Rot. post. Dissert. Vela dec.* 17. *num.* 2. *seq. d. Flor. Domus cor Bonfini num.* 39. 40. *&* 41.

(3) *Vid.* Leges Decimarum ann. 1532. 1546. 1635. de quibus loquitur *Rota* nostr. *lib. Motiv.* 91. *pag*

12. *& lib.* 110. *pag.* 207. *&* d. *Florent. Domus cor. Bonfini* §. 27. *& seqq.* ubi quod non potest dici iniusta, & indebita illa descriptio, quæ fit in faciem Usufructuarii, quum ad eum spectet solutio Decimæ, quæ aliud non est, quam tributum certæ fructuum quantitatis. *Ibid.* §. 34. *& seqq.* Ad mater. Vid. *Florent. Fideicommissi* 9. *Sept.* 1695. §. *Præterea cor. Aud. Alex. Belluzzi*, *&* *Pisan. Primogenituræ de Scorzis* 26. *Aug.* 1766. *Art. III.* §. 82. *cor. Audd. Agnini, Baldigiani*, *& Sen. Vincentio Ricci*, in quibus Decisionibus constituitur, prædictas Leges non afficere Absentes, Ignorantes, Pupillos, ac Minores. *Vid.* etiam *S. Petri in Balneo præt. Relevationis* 25. *Maii* 1782. §. *Era poi & seqq. cor. Aud. Vernaccini*, ubi quod non censetur *contraventum* prædictis Legibus, & aliæ posteriori *anni* 1694. quoties alienans, seu donans sibi reservavit Usumfructum sua vita naturali durante, quum hoc in casu habeat ius retinendi in sui faciem bona alienata, vel donata.

Extat altera Constitutio *anni* 1768. cuius vi bona non descripta in faciem acquirentis remanent obnoxia omnibus debitis, quæ post venditionem contracta fuerunt ab eo, in cuius faciem descripta adhuc reperiuntur. *Vid. Aretina Successionis* 13. *April.* 1792. *cor. Aud. Horatio Fenzi*, *& Aretin. præt. Immissionis* 10. *Sept.* 1793. *per tot. cor. Aud. Guidone Arrighi*, *& decis. Confirmat.* 3. *Maii* 1796. *in d. Aretina præt. Immissionis cor. Audd. Maggi*, *& Cercignani*, ubi declaratur prædicta Constitutio *anni* 1768, nec non antiquiores *anni* 1635. & 1694. „ Hæ Leges non comprehendunt casum in quo bona non fuerunt translata in faciem emptoris ob culpam, vel negligentiam *Cancellarii*, quum casus iste non sit *simplex*, sed *mixtus*, & ideo non cadat sub sanctione dictarum Legum, quæ solum punire voluerunt culpam acquirentis qui non fecit intra mensem descriptionem bonorum

acquisitorum. *Vid.* d. *Aretina præt. Immissionis cor. Arrighi*. Extat quoque recentissima Constitutio diei 20. Maii 1782, & alia 28. Febr. 1787. quæ præscribit Cancellariis *Districtus* Florentini certas formulas pro descriptionibus, seu *Volturis* rite, ac recte faciendis, uti innuimus supra *in not.* 1.

De restitutione in integrum ei debita, qui absfuit Reipublicæ caussa, eiusque successoribus pro evitando damno resultante ex omissa bonorum descriptione in Libris *Estimi*, *Vid. d. Aretina præt. Immissionis cor. Maggi*, *&* *Cercignani*, ubi etiam quod sufficit error, & ignorantia facti, præsertim si descriptionis omissio processerit ex negligentia Procuratoris ad eam explendam constituti. *Ibid.* §. *Fra queste*, *&* §. *ult.*

(4) *Dict decis. cor. Bonfini* §. 33. *&* 24.

THEORICA BALDI

In Leg. 1. *in fin. Cod. per quas person. nob. acq. & in Auth. si quas ruinas n.* 9. *&* 10. *Cod. de Sacros. Eccles.*

IN harum Legum interpretatione docet *Baldus*, quod si primus Acquirens stipulatus sit Emphyteusim pro se, & pro Filiis, ac Descendentibus sub ejus potestate constitutis, possit de ipsa Emphyteusi disponere in ipsorum præjudicium, eam revocando ab uno ex Filiis, & alteri in

solidum conferendo; quum eo casu acquisitio Emphyteusis ad eorum favorem, reputetur ac si esset Donatio Patris, vel Peculium profectitium filiorum, quod in dominio ipsius Patris existit. Si vero primus Acquirens Emphyteusim stipulatus sit pro se, aliisque sub ejus potestate minime existentibus, tunc de ea disponere minime possit, quum stipulatio habeatur tamquam donatio perfecta, atque irrevocabilis a primo acquirente in extraneos collata, & concessio Emphyteusis existimetur ac si esset ipsorum Peculium adventitium (1).

Ex hoc principio deducit idem *Baldus*, Emphyteusim a Matre stipulatam pro suis Filiis, non posse ab ea in ipsorum præjudicium alienari, ac distrahi, cum filios non habeat in sua potestate, quemadmodum eos habet pater, ac propterea stipulatio Emphyteusis habeatur usque a principio pro donatione perfecta, atque irrevocabili (2).

Sed in hac quæstione, an scilicet primus Acquirens possit, nec ne præjudicare cæteris in Emphyteusi comprehensis, magis communiter distinguunt Iurisperiti: Aut primus Acquirens habuit emphyteusim ex titulo *oneroso*, aut ex titulo *lu-*

crativo: Primo casu præiudicare potest, secundo casu non potest (3).

Aliam distinctionem suppeditant Doctores inter Emphyteusim *Hæreditariam*, & *Pactionatam*, quæ ultima alienari nequit in præjudicium vocatorum, utpote qui ius suum non ex Acquirentis, sed Concedentis liberalitate metiuntur (4).

Animadvertendum tamen est, quod si agatur de Bonis Emphyteuticis Ecclesiasticis, quæ vel per Legem, vel per Consuetudinem redacta sint ad instar bonorum liberorum, ea certe alienari, distrahique possunt, servatis debitis solemnitatibus, in præiudicium successorum, sive agatur de Emphyteusi *hæreditaria*, aut *pactionata*; sive primus Acquirens illam titulo *oneroso*, vel *lucrativo* acquisiverit. In hisce enim emphyteuticis concessionibus successores habent ius tantum conditionale, nempe dependens a tacita conditione, si anteriores vocati emphyteusim minime distrahant (5).

---

(1) Super hac *Baldi* Theorica videnda est *Florent. Salviani* 17. *Febr.* 1695. *cor. Audd. Pacioni*, & *Ascanio Venturini* dissentiente *Aud. Sebastiano de Marinis* §. *Praterea*, & §. *Adestque*, *Florent. Fideicommissi de Giachis* 30. *Sept.* 1701. *cor. Audd. Venturini*,

& Farsetti, *Florent. Bonorum de Grifunibus* 30. *April.* 1726. *cor. Audd. Calderoni*, *Pucci*, *& Rota*, & *Sententia Audd. Bizzarrini*, *Soldani Benzi & Baldigiani Iudd. Delegat. per rescript. diei* 24. *Decembr.* 1757. *in Causa Berti*, *& Berti*, quæ confirmavit Laudum prolatum ab *Arbitris Dal Borgo*, *& Cosi del Voglia*, quæque existit in *filtia* 32. *Causar. Delegat. Magistr. Supremi*. Vid. etiam *Consultat. Adv. Nicolai Salvetti* nunc *Rotæ Flor. Aud. in Pontis Eræ præt. rescissionis donationum in Causa Ferretti*, *& Ferretti*, ubi scripsit contra hanc *Baldi* distinctionem, sed succubuit.

(2) *Bald. in d. Auth. si quas ruinas num.* 10. Vid. *Gratian. discept. forens. cap.* 405. *num.* 3. *& seqq.* ubi plures allegat DD. auctoritates.

(3) *Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. d. discept.* 405. *num.* 2. *Rot. Rom. in Recent. dec.* 438. *num.* 1. *part.* 1. *tom.* 1. *Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 6. *dec.* 21. *num.* 23. *&* 24. *& in Pisana Emphyteusis* 30. *Sept.* 1777. §. *Il motivo cor. Audd. Buratti*, *& Morelli*. Quando dicatur acquisita titulo oneroso, vel lucrativo, Vid. *Mantic. de Tacit. lib.* 22. *tit.* 6. *num.* 23. *Montelatici Element. Iur. Civil. tom.* 2. *pag.* 130. *& seqq.* Emphyteusis Ecclesiastica censetur acquisita titulo oneroso, quia non conceditur nisi in evidentem Ecclesiæ utilitatem. *Ibid.*

(4) *Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. loc. cit. num.* 4. *Rot. nostr. in Florent. Emphyteusis* 7. *April.* 1781. §. 5. *cor. Aud. Petro Berti*, *& in* allegata *Pisan. Emphyteusis cor. Audd. Buratti*, *& Morelli loc. cit.*

(5) *Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 8. *dec.* 38. *& in Pisana Emphyteusis* 23. *Mart.* 1739. §. *Nec præscriptam cor. Aud. Hieronymo Finetti*, *& in Pisana Emphyteusis*, *& præt. Fideicommissi* 29. *Sept.* 1789. *cor. Aud. Ignatio Maccioni*, in quibus Decisionibus agitur de bonis Emphyteuticis *Mensæ Fæsulanæ*, & *Pisanæ* ex consuetudine *alienabilibus*, aliisque Bonis

ad instar *Allodialium* redactis per Legem *Amortizationis anni* 1769. §. *XVIII.* De qua re plura scripsi in meo Opuscolo „ *Dei Livelli di Mano Morta* „ ad quod Lectorem remitto.

THEORICA BALDI

In Leg. Si constat 4. *num.* 2. *Cod. de Compens.*

AD impediendum usurarum cursum compensatio fit *ipso Iure* de tempore in tempus, licet solutum non sit adhuc liquidum, iuxta *Baldi* Theoricam in memorata Lege *Si Constat Cod. de Compensat*; ubi docet, quod quando compensatio fit ex ministerio Legis, non intrat distinctio *Liquidi*, & *non Liquidi*, quia Lex est semper certa de veritate. Et ita etiam in nostris Tribunalibus iudicatum fuit (1).

Ad hunc enim effectum sistendi cursum usurarum, vel Cambiorum, Debitum, & Creditum compensantur ipso iure, absque ulla hominis oppositione; istaque compensatio retrotrahitur usque ad initium, non secus ac, si ab eo tempore petita in Iudicio fuisset. Quod equidem pro-

cedit quamvis nondum facta fuerit debiti, & crediti liquidatio; quamvis debitum, & creditum a caussa prorsus diversa proficiscantur; & quamvis concurrat duplicitas Personæ *formalis*, dummodo debitum, & creditum in una resideant *materiali* persona (2).

Ad effectum etiam evitandi vel damnum, vel pœnam, compensatio fit ipso iuris ministerio, habetque locum etiamsi non fuerit per hominem opposita, quum sufficiat quod opponatur etiam post extinctionem debiti; quia, ut iam diximus, compensatio isthæc retrotrahitur ad illud usque tempus, in quo debitum, & creditum ex utraque parte vere, & realiter existebat (3).

In utilitatem quoque publici Commercii fit ipso iure compensatio absque eo, quod necesse sit, ut ea ab homine opponatur. Quapropter in ipso momento existentis decoctionis, & in ipsa etiam decoctionis proximitate creditum quantumvis conditionale, & in diem purum efficitur a Lege, evaditque ipso iure compensabile contra Mercatorem decoctum; Contrariis procedentibus, quando extra compensationis terminos, quæstio sit de cessatione usurarum & fructuum cambii, quorum cessatio in præjudicium Credito-

rum non admittitur a die præexistentis decoctionis, sed a die tantum per hominem oppositæ, ac in Foro declaratæ Decoctionis (4).

Cæterum regulare est compensationi locum non esse, si tempus non advenerit solutionis debiti, cum omnino requiratur, quod debitum, & creditum vere existant eo tempore, quo compensatio fit ex Legis ministerio (5).

---

(1) *Rot. Florent. lib. Motiv.* 94. *pag.* 237. *in Aretina Pecuniaria* 24 *Sept.* 1762. *Sect. II. cor. Aud. Iosepho Bizzarrini, in Florent. Executionis* 8. *Febr.* 1771. *§. La qual compensazione cor. Aud. Francisco Rossi, & in Liburnen. seu Flor. Pecuniaria* 8. *Aug.* 1798. *§. II. cor. Aud. Brichieri Colombi Relat.* ubi quod compensatio fit etiam cum credito illiquido, si facile liqnidari possit.„ Legalis compensatio nunquam inducitur resistente hominis voluntate, ob quam impedita remanet operatio Legis, *d. decis. cor. Aud. Rossi §. E qui credei cum seqq.*

(2) Plene in *d. Aretina Pecuniaria cor. Aud. Bizzarrini Sect. II. per tot.* Vid. *Leotard. de Usur. quæst.* 84. *num.* 9. *& Magon. dec. Flor.* 5. *num.* 3. Quænam sit natura, & effectus Compensationis? *Vid.* in *Florent. Fid. de Generottis super liquidatione* 19. *Octobr.* 1746. *§. Quello però., & §. Coll' istessa cor. Aud. Francisco Agnini*, in qua Decisione resolvitur, quod compensatio licet non opposita, locum semper habet in fructibus cuiuscumque generis, & etiam in possesso-

re bonæ fidei. *Vid.* super hac materia *Respons. ad decis. in Florent. Immissionis* 5. *Iul.* 1774. §. 58.

(3) *Florent. præt. Caducitatis* 18. *Febr.* 1763. *Art. III.* §. 79. *& seqq. cor. Aud. Morelli*, ubi agitur de Emphyteuta, qui in pœnam caducitatis incideret, si debitum Canonis non compensaretur cum expensis ab eo factis pro conservatione Prædii Emphyteutici. *Vid. Volaterrana Incisionis Arborum* 11. *Iun.* 1761. *Art. I.* §. 27. *cor. Aud. Io. Baptista Ciani*, ubi quod compensatio semper admittitur quoties agitur de evitanda pœna; quoties proprietas non est diminuta; quoties Emphitenta, Beneficiatus, vel alius Usufructuarius bona fide, vel sine culposa negligentia se gestit. „At quamvis ad evitandum damnum compensatio fiat ipso iuris ministerio, tamen hoc fallit, si condemnatio sequuta iam fuerit adversus eum, qui poterat compensationem obiicere. *Vid. Guttierez. de Compensat. quæst.* 6. *num.* 1.

(4) Vid. *Casareg. de Commerc. disc.* 135. *num.* 12. *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 12. *num.* 110 *& seqq. tom.* 1. *Rot. Rom. in Romana Pecuniaria* 3. *Iul.* 1752. *cor. Molino. Rot. nostr. in Liburnen. præt. Reivindicationis* 4. *Maii* 1726. *cor. Nardi penes eumd. Casareg. d. disc.* 135 *in fin.* Vid. *Contramotivum Adv. Bruni in Florent. Pecuniaria* 2. *Aug.* 1785. *cor. Aud. Nicolao Salvetti*, ubi quod in utilitatem Commercii compensatio fit ipso iure. *Ibid. pag.* 6. *& seqq.* Et quod in Deposito *irregulari* habet semper locum compensatio. *pag.* 22. *&* 23.

(5) *Rot. nostr. in Florianen. Fideicommissi de Vannuccinis* 21. *Sept.* 1798. §. *Poichè cor. Audd. Brichieri Colombi, Cercignani, & Maggi.* Quandonam locum habeat compensatio in debitis voluntariis? Vid. *Florent. seu Mutilianen. Petitionis hæreditatis* 14. *Iun.* 1782. §. 24. *& seqq. cor. Aud. Maggi*, ubi quod si *Administratus* condonaverit *Administratori* suo omne

debitum, condonatio restringenda est ad id, quod superest deducto debito, quod Administratus habet cum Administratore; In reliqua summa datur ipso iure compensatio.

THEORICA BARTOLI

In Leg. Cunctos Populos Cod. de Summ. Trinit.

BARTOLUS natus in Umbriæ Oppido, quod olim *Setinum*, appellabatur nunc *Saxoferratum*, *Cini* Pistoriensis Discipulus fuit, summique ingenii Iurisconsultus, qui Philosophiæ, ac Geometriæ scientia imbutus, Hebraicisque literis ornatus Ius Civile exposuit primum Pisis, deinde Perusiæ, ubi civitate donatus fuit, & a *Carolo* Romanorum Imperatore inter suos Consiliarios adscitus, multisque honoribus, ac privilegiis cumulatus decessit anno MCCCLV. ætatis suæ XLIII.

Bartolus igitur, qui *Papiniano* a nonnullis comparari meruit, cuiusque auctoritas in omnibus fere, ac præsertim Hispaniæ Tribunalibus imperat, ac dominatur, agendo de ea quæstione, an Statutum porrigat, necne vires suas ad bona

extra territorium statuentium posita, distinguit inter Statutum directum *in rem*, vel *in personam*; Et inter Statutum *odiosum*, vel *favorabile*, existimans, quod statutaria dispositio extendatur ad bona extra ditionem statuentium posita, si ea favorabilis sit, & in personam directa.

Sed pace tanti Viri, qui Dialecticorum subtilitates in Iurisprudentiam ultra modum invexit, huiusmodi distintio super verbis Statuti directis *in rem*, vel *in personam*, uti verbalis, & rationi parum conveniens reiecta semper fuit non modo a *Rota Romana*, sed etiam a *Rota* nostra *Florentina* (1).

Iurisdictio enim statuentium cum egredi non possit limites propriæ Ditionis, ita Lex, vel Statutum ab illis conditum iisdem limitibus contineri debet, sive prohibitionem dirigat *in Rem*, sive in *Personam*, & sive odiosa sit, sive favorabilis eiusdem Statuti dispositio; Alioquin in facultate Statuentium positum esset ingegniosa verborum structura alteram illudere, ac propriam extendere iurisdictionem (2) Quod adeo verum est, ut etiamsi Lex, vel Statutum expresse disponeret de bonis extra proprium territorium sitis, adhuc tamen quoad ea deficeret illius vir-

tus, atque robur, quia non voluntatis est quæstio, sed potestatis, quæ cum sit limitata territorio statuentium, non potest, quibuscumque verbis concepta sit, ultra ejus fines ampliari, & extendi (3).

At quia objectum materiale Legum sunt res, & personæ, hinc disputant Iurisperiti, an utraque subiectio rerum, & personarum *copulative* exigatur, an sola subiectio bonorum sufficiat, ut Statuta vires accipiant, suumque operentur effectum.

Quod utraque subiectio exigatur defendit *Rota Romana*, eam ob rationem, quia unumquodque Statutum est *de per se* mancum, & imperfectum; illud nempe bonorum, quia deest subiectio personæ, & illud personæ, quia deest subiectio bonorum (4) Quod autem sola bonorum subiectio sufficiat, tuetur *Rota* nostra *Florentina*; Ratio esse potest, quia quodlibet Statutum intra terminos habiles perfecte operatur, & disponit, dum persona physice individua duplicem *personalitatem* in Iure sortitur, quarum una respicit territorium originis, altera territorium bonorum (5).

Sed quidquid sit de hac inter *Rotam Romanam*, & *Florentinam* diversitate sententiæ, ex qua diversæ etiam oriri pos-

sunt, & inter se dissonantes conclusiones, illud exploratum est, & ubique receptum, quod sive utraque subiectio rerum, & personarum exigatur, sive sola rerum subiectio sufficiat, nemo a Statuto *inhabilitari* potest extra propriam iurisdictionem, & nemo pariter in territorio alieno propriis Statutis uti potest, vel ex defectu utriusque subiectionis ad mentem *Rotæ Romanæ*, vel ex defectu subiectionis bonorum ad mentem *Rotæ Florentinæ* (6).

Illud etiam in comperto est, quod retenta etiam non vera opinione illorum Doctorum, qui statutum *in personam* directum extendunt ad bona extra territorium statuentium posita, nulla Lex & Constitutio sive loquatur in rem, sive in personam, sive sit *realis*, vel *mixta*, vel etiam simpliciter, & absolute *personalis*, suum operari potest effectum, quoad bona existentia in alieno territorio, quoties persona *inhabilitata* ibi etiam domicilium habet (7).

---

(1) *Rot. Rom. cor. Merlin. decis.* 553. *num.* 13, & *seqq. in Romana, seu Viterbien. lucri Dotalis* 2. *Decembris* 1711. §. *Et hoc. cor. Aldovrando. Pisana Validitatis Testamenti* 19. *Maij* 1666. §. *Non a tertio cor. Ind. Hyacintho Coppi*. Vid. *Rot. nostr. in Thes.*

Ombros. tom. 10. decis. 39. num. 89., ubi de distinctione *Bartoli* super Statutis respicientibus rem, vel personam, & quando Statutum originis, vel domicilii attendi debeat. Ad materiam vid. *Consultat. Adv. Francisci Orsini in Mutilianen. Retractus*, ubi late agitur, an & quando Statutum dirigat sua verba *in rem* vel *in personam*, vel *in actum*, & quinam sint huius triplicis dispositionis effectus; & reiicitur supradicta *Bartoli* distinctio.

(2) *De Valent. dissert. fiscal. 15. num. 300. & seqq. Rot. Rom. in Avenionen., seu Lucana Successionis 18. Iun. 1753. §. 13. cor. Matthæio. Rota nostr. in Romana seu Piscien. Validitatis Testamenti 29. Sept. 1772. §. La Ragione cor. Canc. Mansilli Relat. & in Confirmat. 28. Sept. 1773. cor. Audd. Brogiani, Morelli, & Maccioni §. E ciò procede*, ubi agitur de Legibus anni 1747., & 1751. super re fideicommissaria rogatis, quæ cum sint *Reales* extendi nequeunt ad bona extra Etruriam posita, quamvis conceptæ videantur cum verbis in personam directis.

(3) *Tartaglia de Reserv. Statut. art. 29. num. 4. de Valent. dissert. fiscal. 15. sub. num. 304. Rot. cor. Merlin. diff. dec. 353. num. 15., & in Ferrarien. Assignamenti 15. Maii 1761., & in Confirmat. 1. Martii 1762. §. 6. cor. Ratto & 31. Ian. 1763. §. 9. cor. Herreros. Pecciolen. seu Florent. Successionis 29. Sept. 1775. §. Illud cor. Audd. Alex. Luci & Francisco Rossi, & in Confirmat. 13. Sept. 1776. cor. Aud. Cosma Ulivelli Relat.*

(4) *Fenzon. ad Statut. Urb. in annot. ad cap. 145. num. 27.* late *Merlin. d. decis. 353.*

(5) *Rot. Florent. sub die 11. Decemb. 1585., sub die 1. Iun. 1594. sub die 11. Ian. 1635., & 30. Iulii 1650.* Vid. *d. Pisan. Validitatis Testamenti cor. de Coppis §. Sed quia, & seqq.*

(6) *Redenasc. cons. 91. num. 19. d. Pisana Vali-*

ditatis Testamenti cor. Coppi §. *Conclusiones*, & *seqq* Vid. quæ diximus ad Theoricam *Baldi in Leg. Cunctos populos Cod. de Summ. Trinit.* & *ad* Theoricam *Saliceti in eadem Leg.*

(7) *Rot. nostr. in Florent. Hæreditatis* 31. *August* 1620. *lib. Motiv.* 101. *pag.* 347. *d. Pecciolen. seu Flor success. cor. Luci*, & *Rossi* §. *Quæ omnia* & *in Confirm. cor. Ulivelli* §. *solum*.

THEORICA BARTOLI

In Leg. 2. Cod. quand. provoc. non est necess. & in Leg. 1. ff. Quæ sent. sine appell. rescind.

NONNULLI voluerunt, quod sive sit expressus error in Sententia, sive deprehendatur ex Actis, utroque casu Sententia sit nulla, quia Sententia semper ad acta refertur, ac propterea si error sit in Actis, in ipsa etiam Sententia expressus censeri debeat (1).

Alii vero arbitrati sunt, quod Sententia valeat, nisi error in ipsa Sententia sit expressus (2).

In hac opinionum discrepantia *Bartolus* ita distinguit. Aut in Sententia est expressus error, & tunc Sententia est ipso

iure nulla; Aut non est expressus error in Sententia, sed apparet ex Actis, & tunc subdistinguit: Aut Sententia est lata per relationem ad illa Acta, in quibus est error, & tunc error videtur expressus in Sententia; Aut est lata simpliciter, & eo casu dicit esse advertendum, quod quædam sunt Acta, ad quæ Sententia necessario refertur, quædam vero sunt Acta, ad quæ Sententia necessario non refertur. Primo casu error in Actis expressus, dicitur inesse in ipsa Sententia, eamque inficit, & irritam reddit; Secundo vero casu error in Actis expressus Sententiæ non nocet, neque eam efficit invalidam (3).

Sententia igitur, quæ innititur Libello erroneo, & iniusto, ipso iure nulla est, quia ad Libellum Sententia necessario referri debet, & ex causa in petitione deducta pronunciatum fuisse intelligitur (4).

Nulla pariter est Sententia lata in Causa *Appellationis*, si prima Sententia, ad quam ipsa se refert, erroris, & iniustitiæ vitio laboret (5).

Dicitur etiam evidenter nulla, & iniusta Sententia, non verificatis iis, quæ in scriptura, super qua fundatur, narrantur, & exponuntur (6).

Insuper nulla censetur Sententia, ubi

lata fuit ex falsa, & erronea caussa, & allegatione; sufficitque falsitatem, & *erroneitatem* causæ ex Actis apparere, quoties Sententia ad Acta se referat expresse, & per modum causæ dispositivæ (7).

Sententia tandem lata non visis Actis, etiam *probatoriis*, nulla est inspecto quoque Iure Civili; Et solum eo casu substineri potest, quando Acta, quæ deficiunt, non ostendunt Sententiæ iniustitiam, aut quando Acta postmodum *transportata* fuerunt (8).

Hisce casibus, aliisque similibus exceptis, communior, ac magis vera est illorum opinio, qui existimant Sententiam esse iustam, atque validam quoties error in ipsa Sententia clare, ac perspicue non dignoscatur (9) Sententia enim habet pro se iustitiæ, ac veritatis præsumptionem (10) Et in dubio semper censendum est, eam rite, recteque latam fuisse (11).

---

(1) Inter quos *Iacob. de Revenn. & Cinus in Leg. ex diverso §. final. ff. solut. matrim.*

(2) *Gloss. in Leg.* 1. *Cod. de error. calc.* quam sequuntur *Angel. & Salicet.* Vid. *Franc. Turzani comm. opin. 86.*

(3) Idem *Turzan. loc. cit.* qui allegat. *Alex.* aliosque.

(4) *Gloss. in Leg. si quis ff. de except. rei iudic.*

Surd. cons. 311. *num.* 16. *lib.* 3. *Turzan. comm. opin. loc. cit. Rot. in Recent. decis.* 346. *num.* 5 *part.* 4. *tom.* 1. *& decis.* 151. *num.* 1. *part.* 16. Quæ tamen regula limitatur in Iudiciis *Summariis*, in quibus Sententia substinetur etiamsi non sit conformis libello, *decis.* 7. *num.* 4. *part.* 9. *tom.* 1. *decis* 604. *num.* 3. *part.* 2. *dec.* 611. *num.* 5. *part.* 1. In Iudiciis *Executivis*, & *Summariis* cognosci non potest de vi, & efficacia latæ Sententiæ, sed ea firma tenenda est quousque revocata non sit in suo congruo Iudicio, *Rot. nostr. in Thes. Ombr. tom.* 12. *decis.* 51. *n.* 9. *&* 10.

Per Legem *anni* 1473. Sententiæ ab Officialibus in *Comitatu* latæ annullari, ac retractari nequeunt ex ineptitudine Processus, aut Libelli, sed ex meritis tantum, *Tom.* 1. *decis.* 1. *num.* 13. & in *Smyrnen. Pecuniaria* 10. *Iun.* 1783. §. 20. *cor. Aud. Vernaccini*, ubi quod in vim dictæ *Legis* Sententiæ in Supremis Etruriæ Tribunalibus confirmantur *ex bono iure* ubi constat de earum iustitia, non attentis nullitatibus ex ineptitudine Processus, vel ex defectu alterius solemnitatis. In nostris enim Tribunalibus Supremis omnia Iudicia reputantur *Summaria*, Vid. *S. Crucis prat. Reivindicationis* 4. *Aug.* 1781. §. *Ma poichè cor. Aud. Vinci*, & meas *Obser. ad Cur. Flor. part.* 1. *observ.* 16. *pag.* 28.

(5) *Turzan. comm. opin. loc. cit.* Causa Appellationis est eiusdem naturæ, cuius est Causa principalis, *Rot. in Thes. Ombros. tom.* 4. *d.* 4. *n.* 9. Appellatio est de appendiciis Instantiæ, cuius est Sententia, a qua appellatum fuit *Ibid. n.* 10. Quando Iudicium Appellationis dici debeat diversum a primo Iudicio, *Vid. Volaterrana Beneficii* 9. *Iul.* 1777. §. 24. *cor. Aud. Nunc. Iosepho Vernaccini*.

(6) *Rot. Rom. in Rec. decis.* 200. *num.* 1. *& seqq. part.* 6. *& dec.* 759. *num.* 4. *part.* 3.

(7) *Surd. cons.* 228. *num.* 18. *& seqq. Vant. de*

Nullit. ex defect. Process. num.. 29. ubi plura. *Rot. in Recent. decis.* 178. *num.* 1. *&* 2. *part.* 2. *tom.* 1. *&* *decis.* 298. *num.* 6. *part.* 19. *tom.* 1.

(8) *Gabr. de Sent. conclus.* 9. *num.* 7. *Achill. de Grass. decis.* 7. *de Sent. & re iud. Rot. in Rec. decis.* 192. *num.* 4. *part.* 5. *tom.* 1.

(9) *Alex. in Leg. cum prolatis ff. de Sent. & re iudic. Turzan. loc. cit. in fin.*

(10) *Rot. cor. Ludovis. dec.* 535. *num.* 8. *cor. Buratt. decis.* 876. *num.* 6. *Rota nostr. in Thes. Ombros. tom.* 8. *dec.* 22. *num.* 5.

(11) Ead. *Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 3. *dec.* 32. *num.* 73. Sententia erronea, vel iniusta non præsumitur acceptata, & si acceptata fuerit, peti potest in integrum restitutio ex capite iniustitiæ, vel erroneitatis; Et regula contraria intelligenda est quoad remedium *ordinarium* Appellationis. *Vid. Florent. prat. Nullitatis Venditionis* 30. *Maii* 1783. *§ penult. cor. Aud. Arrighi, & decis. Confirm.* 10. *Febr.* 1784. *pag.* 12. *& seqq. cor. Aud. Vernaccini.*

THEORICA BARTOLI

In Leg. 1. *Cod. de Pact.*

SECUNDUM hanc *Bartoli* sententiam mentio futurorum bonorum restringitur ad bona futura ex caussa *de præterito*, quin extendi valeat ad alia posteriora bona, atque iura obventa ex caussa omnino *de futuro*, ac prorsus inopinata, & incognita (1).

Hæc tamen *Bartoli* Theorica locum habere solet in Renunciationibus, aliisque contractibus, qui sunt stricti iuris, non autem in Legatis, & ultimis voluntatibus, in quibus non stricta, sed plenior fit interpretatio (2).

In Contractibus itaque, qui strictam recipiunt interpretationem, opinio *Bartoli* locum obtinere potest etiam in casu in quo renunciatum fuerit Iuribus ex caussa *de futuro*, quum huiusmodi verba referri congrue possint ad Iura ex caussa *de futuro* radicata *de præterito*, non autem ex caussa prorsus nova, & incognita, cuiusmodi esset Successio obventa Renuncianti post factam renunciationem, quæque nec re, nec spe eidem de præsenti competebat (3).

Ad evitandam autem in Renunciationibus comprehensionem Iurium, quæ Renuncians nec habebat, nec habere sperabat, sat est, quod verba renunciationis ad caussas cogitatas, & radicatas de præterito referri quomodocumque possint, & aliquid etiam minimum operari valeant (4).

Quod si eiusmodi sit amplitudo, & universalitas verborum, ut bona futura etiam ex caussa *de futuro* omnino comprehendat, tunc absque dubio etiam in Renunciationibus, cæterisque Contractibus, licet

sint strictissimi Iuris, indistincte venire debent bona, & iura futura, quæ ex caussa omnino *de futuro*, ac prorsus incognita, & inopinata procedunt (5).

---

(1) *Palm. Nep. allegat.* 304. *sub. num.* 24. *tom.* 8. *Rot. Rom. post.* Constant. *ad Statut. Urbis dec.* 131. *num.* 18 *cor. Rezzonic. dec.* 243. *num.* 26.

(2) Ad *Text. in Leg. in testamentis* 50. *ff. de reg. Iur. ubi* Cagnol. *sub num.* 3. *& seqq. & cap. cum dilecto de donat. Rot. cor. Rezzonico decis.* 340. *num.* 6. *&* 7. *tom.* 3.

(3) *Menoch. cons.* 749. *num.* 5. *& seqq. Torr. variar. Iur. quæst. tom.* 2. *tit.* 7. *quæst.* 8. *num.* 69. *Rot. Rom. cor.* Cavaler. *dec.* 340. *post. Constant. ad Stat. Urb. d. dec.* 131. *num.* 18. *& cor. Rezzonico d. dec.* 243. *num.* 26.

(4) *Gallerat. de Renunc. Cent.* 1. *renunc.* 17. *num.* 37. *Palm. d. Alleg.* 304. *sub num.* 24. *Rot. cor. Rezzonic. d. dec.* 243. *num.* 37. *& seqq.*

(5) *Surd. cons.* 227. *num.* 6. *Rot. cor. Bich. dec.* 332. *num.* 5. *cor. Molines dec.* 1048. *num.* 25. *&* 1146. *num.* 3. *tom.* 5. *& cor. Rezzonic. d. dec.* 340. *num.* 10. *& seqq. tom.* 5. ubi agitur de dispositione hisce verbis concepta „ *In tutti gl' altri beni. e ragioni tutte, che io vivente, e in tempo di mia morte avessi, o per qualsivoglia titolo, o causa mi si appartenessero* „ Quæ verba demonstrant absolutam voluntatem comprehendendi omnia mortis tempore quæsita. *Vid. Rot. cor. Kaunitz dec.* 225. *num.* 12. *Rot. nostr. in Florentinen. Beneficii* 19 *Aug.* 1730. *num.* 36. *cor. Aud. Philippo Rota Rel.* ubi quod Donatio, utcumque universalis, bona futura non complectitur. Et in *Minia-*

ten. prat. Donationis 20 *Sept.* 1786. §. 2. & *seqq. cor. Aud. Raffaelli*, ubi quod successiones fideicommissariæ licet habeant caussam *de præterito*, vel de præsenti, non censentur inclusæ in Donatione, vel Renunciatione universali. Sed contrarium decisum fuit in *ead. Miniaten. Renunciationis* 8. *April.* 1788. *cor. Aud. Maccioni*, ubi quod quamvis verba generalia non comprehendant Iura futura, pro quibus transferendis necessaria est specialis mentio, iuxta propositam *Bartoli* Theoricam; attamen hoc non procedit, quando Iura futura agnita iam fuerunt, ac propterea effecta sunt uti pars bonorum Renunciantis. Illud vero certum est, quod in Renunciatione, quantumvis amplissima, non comprehenduntur Iura Successorum, nisi in pactum specialiter deducta sint; Et si talia Iura proprie, & independenter ad Successores spectent, deficit in Renunciante facultas ea in renunciatione comprehendendi. *Pisana Legati* 16. *Febr.* 1781. *cor. Aud. Raffaelli Relat.*

THEORICA BARTOLI

In Leg. Qui Romæ 122. §. *Duo fratres ff. de Verb. Oblg.*

NON absimilis memoratæ Theoricæ *Bartoli* in *Leg.* 1. *Cod. de Pact.* est altera eiusdem *Bartoli* Theorica in *Leg. Qui Romæ* §. *Duo fratres ff. de V. O.*, quod nempe verba, utcumque generalia, non comprehendant renunciationem iuribus futuris, sed necessaria sit ad hunc effectum

specialis futurorum bonorum, vel iurium mentio (1).

Opportuna tamen in hac re distinctio est inter Iura futura habentia omnino *caussam de futuro*, uti est Ius Successionis, quæ defertur ex lege per mortem alicuius, & inter Iura acquisita ex *caussa de præterito*, vel *de præsenti* prout sunt Legata, & Fideicommissa *conditionalia*, promanantia ex dispositione Hominis, vel ex concessione Principis. Primi generis Iura non veniunt in generali renunciatione; Iura autem secundi generis veniunt, quia cum *radicata* sint & *fundata* in spe probabili, dicuntur in præsens deberi, quamvis ab aliquo futuro eventu dependeant (2).

Quod profecto locum obtinet, etiamsi renunciatio restricta fuisset ad bona usque in præsens competentia; cum fideicommissa etiam *conditionalia* tamquam consistentia in iure quærendo, quod dicitur *ad rem*, *ex nunc*, & de presenti debita esse censeantur (3).

Quoties autem verba, cum quibus renunciatio, vel donatio concepta fuit, sint ampla, & effrænata ex. grat. „*Tutto quel più &c.* „ *Tutto il resto &c.* „ *Ogni altra Causa &c.* „ *Ogni altra pretensio-*

ne &c. „ *Niuna eccettuata &c.* „ *Per qualunque causa &c.* „ tunc nonnulli existimarunt contineri in renunciatione, vel donatione Iura etiam futura ex caussa *de futuro* competentia (4) Maxime vero, si memoratis amplissimis verbis coniuncta reperiantur alia verba tempus futurum denotantia; cuiusmodi essent „ *Ogni altro diritto, e pretensione, che potesse avere &c.* „ *Tutto quello, e quanto, che potesse pretendere &c.*, aliaqua similia, quæ ostendant enixam Donantis, seu Renunciantis voluntatem quæcumque iura etiam futura comprehendendi (5). Totum namque pendet a Disponentis voluntate ex verbis, factique circumstantiis resultante. In dubio autem pro non comprehensione Iurium futurorum iudicandum est, tum quia pro donationibus, & renunciationibus haud præsumendum est; tum quia donatio, & renunciatio stricti iuris merito censetur, & ob id strictam quoque recipere debet interpretationem, ut quam minime fieri possit, gravetur Donans, vel Renuncians (6).

(1) *Gallerat. de Renunc. lib. 1. cap. 12. num. 8. Peregr. de Fid. art. 52. num. 51.* cum aliis relatis in *Florent. Successionis, & Fideicommissi 28. Sept. 1773. §. E ciò cum seqq. cor. Mansilli Relat.*

(2) *Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 14. num. 24. & 25. Rot. Rom. post. Constant. ad Stat. Urb. dec. 131. num. 20. Rot. nostr. cor. de Comitib. dec. 5. num. 2. & in Florent. Primogeniturae de Dragomannis super restitutione in integrum 9. Septem. 1730. §. Eoque certius cor. Aud. Manilio Urbani*. Ius, quod pendet a mera alterius voluntate nequidem dici potest ius in spe, imo nullum penitus est ius, ad differentiam Iuris, quod a futuro eventu dependet, quod proprie dicitur Ius futurum *conditionale*, & in pe. *Ibid.*

(3) *Surd. cons. 308. num. 29 & 30. Altograd. cons. 66. num. 17. in fin. lib. 1. Rot. Rom in Rec. dec. 653. num. 11. part. 19. & d. decis. cor. de Comitib. n. 4.*

(4) *De Comitib. d. decis. 5. num. 5. & 6.* ubi plures Auctoritates cumulantur.

(5) *De Comit. ub supr. num. 7.* Vid. *Florianen. Divisionis 30. Sept. 1797 § 158. & seqq. cor. Adv. Paffetti Arbitro* ubi de donatione rei tam ex causa *de praesenti*, quam ex causa *de futuro*.

(6) *Voet ad Pandect. lib. 39. tit. 5. de Donat. sub. num. 10. Palm. Alleg. 67. num. 35. d. Florent. Successionis & Fideicommissi cor. Mansilli §. Poichè* „ Ad hanc *Bartoli* Theoricam Vid. *Florianen. Benefici. 19. Aug. 1730. num. 36. cor. Adv. Rota Relat. d Florent. Successionis ec. cor. Mansilli §. Più fortemente & seqq. Miniaten. praet. Donationis 20. Sept. 1786. §. 2. & seqq. cor. Aud. Raffaelli, & decis. Revocator. cor. Aud. Maccioni in Miniaten. Renunciationis 8. Apr. 1788. § E qui, & seqq.* ubi agitur de Renunciatione „ *Alle ragioni, e diritti, che ha, o può avere* „

THEORICA BARTOLI

In Leg. Quæritur 10. *ff. de Stat. Hom.*

QUOTIES aliquid *potest iudicari secundum minus potens*, *& maius potens*, *attenditur maius potens: Et quoties aliquid referri potest ad duo*, *ad unum per prius*, *ad aliud per posterius*, *refertur ad id*, *quod est prius* „ Ita loquitur *Bartolus* in hac Lege.

Ex qua *Bartoli* sententia deducunt Pragmatici, quod exercens plures Artes, pluraque munera, intelligitur subiectus Statuto illius Artis, quam frequentius exercet, & in qua maiorem habet fortunarum summam (1).

Deducunt quoque, quod si tractanda, definiendaque sit caussa, quæ personam, vel bona alicuius Artificis, vel Professoris generaliter respiciat, ejus cognitio, ac resolutio spectet ad Iudicem illius Artis, vel Professionis, cui Opifex, aut Professor frequentius, ac principaliter incumbit (2).

Deducunt insuper, quod si alicui concessa sit immunitas ob alicuius Artis exercitium, non gaudet Immunitatis concessæ privilegio, si non in ea Arte, sed in alia posuit maiorem partem facultatum suarum (3).

Hinc si quis duas Artes exerceat in una, eademque Taberna, non potest pro utiliori consequendo *Intraturæ* privilegio, convolare ad Statutum Artis, cui minus incubuit, sed uti debet Statuto illius Artis, in qua ipse principaliter versatus est; In rebus enim, ac Iuribus *mixtis* qualitas semper attenditur potentior, ac præponderans (4).

Quod etiam aperte definitum fuit a nostro *Curiæ Mercatorum* Statuto *lib* I. *rub.* 3. in illis verbis „ *Se alcuno sarà matricolato a più d' un' Arte, si attenda nelle cose soprascritte, e si consideri solo quella, dove sarà beneficiato, o che sarà da lui principalmente esercitata; le altre non venghino in considerazione* „ Et hæc sanctio, utpote procedens a Statuto superiori, quod caput dici potest universarum Artium, afficit omnes Artifices, omnesque dominatur particulares Artium constitutiones iis in casibus, de quibus ipsæ speciali modo non disponunt (5).

(1) *Ansald. de Commerc. disc. general. num. 69. Balmased. de Collect. quaest. 98. num. 8. de Franch. decis. 175. per tot. & in Addit.*

(2) *Salycet. in Leg. sub praetextu num. fin. Cod. de Sacros. Eccles. Carol. Ant. De Luc. de Plural. hom. cap. 129. num. 1. Card. De Luc. de Iurisdict. disc. 83. num. 4.*

(3) *De Franch. d. decis. 175. num. 1. & 2.* ubi quod delinquens duabus Artibus addictus non potest confugere ad privilegia illius Artis, in qua minus versatus est.

(4) *Plorent. Intraturae 3. Sept. 1734. §. Qual savissima cor. Aud. Ioanne Meoli confirmata sub die 14. April. 1735. a Magistratu Conserv. LL.* Quod maxime procedit accedente Artificis declaratione fruendi beneficio suae Artis principalis, uti decisum fuit *ab Aud. Francisco Ant. Bonfini sub die 16. Iul. 1727. in Causa Pesci, e Gavilli.* Vid. meum Opusculum „ *Del diritto dell' Entratura pag. 55. & seqq.*

THEORICA BARTOLI

In Leg. Demonstratio falsa 17. n. 20. in fin. ff. de Condit. & Demonstr.

DOCET *Bartolus* in hac Lege, quomodo probanda sit Identitas bonorum, quando ex cursu temporis confinia mutata sunt? Et affirmat probandum esse per Testes notitiam habentes de antiquis, &

modernioribus confinibus, quod res sit una, & eadem, quia confinia sunt mutata, non substantia rei. Quoties enim bona sunt confusa, & intricata propter tempus, non potest probari Identitas, nisi per Testes, seu per Famam (1).

Qua quidem probatione deficiente Actor nullum ius habere potest contra tertium, maxime possessorem; nec contra eum in Iudicio obtinere, cum ad hunc effectum debeat ab ipso Actore probari mediantibus specialibus demonstrationibus, quæ non possint aliis bonis convenire, quod res ab eo possessa sit eadem, & posita intra fines, de quibus vel Contractus, vel Testamentum loquitur (2).

Leviores tamen probationes sufficiunt in rebus antiquis; In his enim Identitas probata remanet, quando duo saltem confinia verificantur, unum generale, alterum particulare (3); vel etiam, quando concurrit aliqua circumstantia, seu qualitas particularis, quæ rem perspicue designet, quamvis confinia adiecta ei minime conveniant (4).

Leviores etiam probationes sufficiunt ad arguendam, demonstrandamque identitatem rerum mobilium, & formæ communis. Harum namque Identitas ex co-

niecturis, & indiciis argui recte potest; quod secus est in rebus immobilibus, ad quarum identitatem constabiliendam urgentiores requiruntur probationes (5).

Memorata *Bartoli* Theorica locum sibi vindicat in *Persona*, in *Instrumento*, in *Sententia*, & similibus, quoties ex temporis diuturnitate contigerit Nominum, Vocabulorumque mutatio (6) Ideo *Bartolus* in eadem Lege *Demonstratio falsa num.* 20. ita inquit „ Pone aliquam „ demonstrationem variatam ex tempo„ re, ut ille, qui prius vocabatur uno „ nomine nunc vocetur alio nomine ut „ faciunt multi cum doctorantur, vel „ Militiam assumunt, ut sic alio nomi„ ne vocantur in Instrumento tempore „ Contractus, alio nomine moderno tem„ pore, quo agunt, vel conveniuntur. „ Quid est facieudum? Respondeo: Si „ quidem est modica differentia, ut inter „ nomen integrum, & nomen diminutum, „ ut si aliquis vocabatur *Petrucius*, mo„ do vocatur *Petrus*, vel est alia diffe„ rentia in syllabis, tunc hoc non nocet, „ nec dicitur diversitatem inducere; Si „ vero sunt nomina prorsus separata, „ tunc fiat unus Articulus, quod ille, qui „ olim vocabatur sic, & hodie vocatur

„ sic, est una, & eadem persona, & i-
„ dem corpus „ (7).

---

(1) *Bald. cons.* 295. *num.* 1. *lib.* 2. *Cravett. cons.* 57. *num.* 7. *Gratian. discept. for. cap.* 447. *num.* 33. *& seqq.* ubi agitur de hac *Bartoli* Theorica. Vid. infr. Theoricam *Fulgosii cons.* 145.

(2) *Rot. Rom. cor Burgtt. dec.* 502. *num.* 1. *& in Rec. dec.* 292. *num.* 4. *& per tot. part.* 2. *Rot. nostr. lib. Mot.* 121. *pag.* 471. Identitas Prædii ex quibus excludatur ad effectum repellendi Actorem a Iudicio Reivindicationis, *Vid. Florent. Reivindicationis* 4. *Ian.* 1753. *per tot. cor. Aud. Agnini*. Ad materiam *Vid. decis. Rot. nostr. in Mont's Politiani Executionis Sententiarum* 23. *Sept.* 1785. §. 50. *& per tot. cor. Aud. Thoma Simonelli*.

(3) Iuxta ejusd. *Bartoli Theoricam in ead. Leg. num.* 14. Vid. *Florent. Reivindicationis* 13. *Mart.* 1737. §. *Attamen cor. Aud. Philippo Paperini*. *Florent. seu Castrifranci Domus* 10. *Maii* 1785. § *Or se questa cor. Aud. Arrighi*.

(4) D. *Florent. Reivindicationis cor. Paperini loc. cit.* ubi quod Denominatio particularis arguit identitatem prædii; Et si ultra denominationem concurrat aliquod confine, identitas dicitur plenissime probata, etiam si reliqua confinia essent diversa.

(5) *Liburnen. seu Ianuen. Mandati* 14 *Aug.* 1744. §. 65 *& seqq. cor. Aud. Iosepho Bizzarrini Relat.*

(6) *Bartol. in Leg. I num.* 2. *&* 3. *in fin. Cod. si unus ex plur. appell. Gratian. Consult. forens. d. cap.* 347. *num.* 35. *& seqq.* Identitas personæ ex eius nomine, & cognomine probatur, quamvis aliquæ demonstrationes non conveniant. *Vid. ad mater. Florent. Primogeniturarum de Squarcialupis* 30. *Sept.* 1793.

pag. 63. *cor. Aud. Ant. Cercignani Relat. Pistorien.* *Beneficii* 14. *Maii* 1784. §. 18. *& plur. seqq. cor. Adv. Leonardo Frullani*, ubi ex quibus probata remaneat identitas personæ?

(7) Add. *Bald. in d. Leg.* 1. *cod. si unus ex plur.* Vid. quæ diximus ad Theoricam *Baldi in Leg. Quidam testamento ff. de Legat. I.*

THEORICA BARTOLI

In Leg. Provinciales 190. *num.* 2. *ff. de Verb. Signif.*

VOLUIT in hac Lege *Bartolus*, quod indicatio Loci cum dictione *De*, ex. grat. *De Florentia*, *de Perusia* denotet ex communi loquendi usu locum Originis, non autem Habitationis, & Domicilii; Si vero dictum fuerit *Florentinus*, *Perusinus*, tunc denotatus intelligatur locus habitationis, & domicilii, non autem originis.

Advertendum tamen est, quod Dictio latina *De* plurimum distat a Dictione vulgari *Di*, ex grat. *Di Firenze*, *di Perugia*; Nam hæc postrema verba iuxta communem loquendi consuetudinem habitationem potius, & domicilium significant, quam originem, & æquipollent verbis *Fiorenti-*

no, & *Perugino* (1) Dictio enim *De* provenientiam designat & derivationem, ideoque solum extrinsecam personarum qualitatem ostendit. E contra Dictio *Di* „ *Della &c.* demonstrat intrinsecam ipsarum personarum qualitatem, & prærogativam (2).

Insuper advertendum est, hanc *Bartoli* theoricam non esse ubique receptam, quinimo tam a *Rota Romana*, quam a *Rota Florentina* sæpe reprobatam fuisse constat (3).

Quum enim in omnibus humanis Dispositionibus non verborum cortex, sed Disponentis intentio inspicienda sit, ideo non ex solo verborum usu, sed ex verisimili disponentis voluntate desumpta præsertim ex coniunctione sanguinis, ex affectione, ex amicitia, aliisque circumstantiis, hæc, aliæque huius generis quæstiones resolvendæ sunt (4).

---

(1) *Florent. seu Pistorien. prætensi Fideicommissi de Panciatichis* 14. *Iul.* 1795. §. *Colpiti & seqq. cor. Aud. Bargigli Sarchi Rel.* ubi decisum fuit, quod verba „ *Il più prossimo della Famiglia Panciatichi di Pistoia* „ referri debebant ad proximiorem Familiæ *Panciatichi*, quæ de tempore dispositionis habitationem habebat in Civitate *Pistorii*; non autem ad proximiorem alterius Familiæ *Panciatichi* habitantis

in Urbe *Florentia*, quamvis originaria fuerit ex Civitate *Pistorii*.

(2) Ead *Florent. seu Pistorien. præt. fid.* §. *Questa cor. Bargigli Sarchi*, & *in Castilionis Florentini Iurispatronatus* 27. *Sept.* 1793. §. *Ma questa*, & §. *Conosciutosi cor. Aud. Ubaldo Maggi*.

(3) Uti decisum fuit in *Romana Fideicommissi particularis* 21. *April.* 1777. § 12. *cor.*, *Setmanat*, & *in Confirmator. super Immissione* 25. *April. eiusd. anni* §. 8. *cor. eod.* & *in alia confirmat.* 16. *Febr.* 1778. §. 2. *cor. eod. Rot. nostr. in Senen. Primogenituræ de Accarigis* 28. *Sept.* 1756. *art. I.* §. 16. *cor. Quaratesi*, *Venturini*, & *Montordi Relat.* Vid. memoratam *decis. cor. Bargigli Sarchi* §. *Quando anche*.

(4) *Mantic. de Coniect. ult. volunt. lib.* 12. *tit.* 17. *num.* 27. *d. Senen. Primogenituræ de Accarigis Art. I.* §. 8. & 9. & *d. decis. cor. Bargigli Sarchi* §. *Scendendo*, & *seq.*

THEORICA BARTOLI

In Leg. Item illa 18. *ff. de Constit. pecun.*

QUOTIES solutioni faciendæ certus constitutus est locus, tunc Debitor non cogitur alibi persolvere, quam in loco destinatæ solutionis (1) Quoties vero solutioni faciendæ certus locus præscriptus non fuit, tunc recepta est percelebris

Bartoli distinctio, quod si Debitor, & Creditor in eodem præcise loco commorentur, eiusdemque Iudicis subiecti sint potestati, debitor ad domum Creditoris accedere, in eaque debiti solutionem perficere tenetur. Si autem in diverso loco Debitor, & Creditor habitationem habeant, diversique Iudicis auctoritati subiaceant, tunc debitor non est cogendus solutionem in Ædibus Creditoris explere, sed in loco propriæ habitationis Creditori venienti solvere tenetur (2) Ubi enim controvertitur quisnam locus destinatus fuerit pro explenda solutione, semper intelligi debet, quod fuerit Domus Debitoris, quippequæ deficiente expressa contrahentium voluntate, vere est locus solutionis ab ipsa Lege præfinitus (3).

Quæ quidem Iuris regula facilius admittenda est, si alibi solutio expleri nequeat absque magno Debitoris incommodo (4); Sique Creditor novum sibi constituerit domicilium; quo in casu Debitor nullo modo obstringitur Creditorem prosequi, novumque ejus domicilium petere (5), eam ob rationem, quia ex facto Creditoris non est æquum, ut Debitor plus gravetur, quam ab initio erat obligatus (6).

Dici vero non potest solutionem desti-

natam fuisse in certo, ac determinato loco, quoties in facultate Debitoris est illam explere etiam in alio diverso loco; Multoque minus dici potest, quod destinatio solutionis in aliquo loco operetur, efficiatque, ut debitum in eodem loco contractum intelligatur (7).

---

(1) *Leg.* 15. *ff. de eo quod cert. loc. ibiq.* communiter DD. *Surd. de Alim. tit.* 4. *quæst.* 16. *sub. n.* 2.

(2) *Olea de Cess. Iur. tit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 62. *Fontanell. de Pact Nupt. tom.* 1. *Claus.* 4. *gloss.* 18. *part.* 4. *num.* 124. *Gratian. Discept. forens. cap.* 128. *num.* 1. *Polit. de Miscell. & Prætermiss. dissert.* 18. *num.* 1. *& seqq. Voet. ad Pandect. lib.* 46. *tit.* 3. *num.* 12. *Christin. decis. Belg.* 176. *num.* 11. *tom.* 4. *Florent. seu Romana Pecuniariæ* 28. *April.* 1798. §. 7. *cor. Aud. Ioanne Grandetti Relat.* quæ confirmata fuit a *Rota*.

(3) Ead. *Florent. seu Romana Pecuniaria loc. cit. vers. Quindi. Senen. Legati* 12. *Aug.* 1799. *cor. Aud. Francisco Maria Mori Ubaldini* §. *Ho finalmente*, ubi quod Legatum solvendum est in Loco, in quo existit maior pars hæreditatis Defuncti, non autem in loco, ubi Legatarius habitat, quamvis ibi etiam extet aliquod prædium ipsius hæreditatis.

(4) *Polit. loc cit. num.* 7. *Rot. Rom. dec.* 688. *n.* 3. *part.* 4. *diversor.*

(5) *Bald. in Leg. Acceptam* 19. *quæst.* 14. *Cod. de Usur. Cenc. de Censib. cap.* 2. *quæst* 4. *art.* 5. *n.* 2.

(6) *Pacion. de Locat. & Conduct. cap.* 38. *sub. num.* 18. *Polit. de Miscell. loc. cit. num.* 5. *&* 6. *Rot. Lucens. apud Magon. dec.* 78. *num.* 19.

(7) Vid. *Liburnen. Salvi Conductus*, & *Solutionis* 10. *Octobr.* 1782. §. *In questi termini*, & *seqq. cor. Aud. Philippo Morelli Relat.* ubi expenditur *Text. in Leg.* 2. *ff. de Bon. auth. Iud. possid.* & *in Leg.* 20. *ff. de Action.* Quod autem solutio non possit fieri, aut peti, nisi eo modo, quo conventum fuit, Vid. *Montis Politiani Executionis Pacti* &c. 19. *Aug.* 1775. §. *Nam quod attinet cor. Aud. Cosmo Ulivelli Relat.*

THEORICA BARTOLI

In Leg. Paulus 99. *ff. de solut.*

SI pecuniæ valor in *bonitate intrinseca* mutatus sit, Debitor solvere tenetur in pecunia iuxta valorem de tempore obligationis; Si vero pecuniæ valor mutatus sit in *bonitate extrinseca*, tunc Debitor solvere potest in pecunia iuxta valorem de tempore solutionis (1) Hæc est originalis *Bartoli* distinctio, quam deficiente expressa contrahentium conventione, communiter sequuntur Iurisperiti, & etiam *Rota* nostra pluries amplexa fuit (2).

Ideo patet, quod, mutata pecunia in sua bonitate intrinseca, debitor nullatenus liberatur, nisi vel paratam habeat pecuniam eiusdem speciei, eiusdemque va

loris, qualis erat eo tempore, quo debitum ipse contraxit; vel nisi solvendo in pecunia de tempore solutionis currente, æquet damnum diminutionis mediante numeratione tantæ pecuniæ, quæ antiquo valori, ac bonitati respondeat (3).

Hanc autem *Bartoli* distinctionem plerique putant locum habere tam in casu, quo obligatio contracta fuerit in pecunia, ut aiunt, *effectiva*, & *reali*, quam in casu, quo inita fuerit in pecunia *ideali* & *imaginaria*, quæ ex parvis conficitur nummis realibus; quia quamvis ista pecunia imaginaria mutationi nullatenus subiiciatur, quum nec imprimi, nec ponderari valeat, nihilominus si valor intrinsecus parvorum nummorum, ex quibus ipsa conflatur, sit immutatus, semper inspiciendum est, non secusac in pecunia physica, ac reali, tempus contractus, non solutionis (4).

Plerique vero contra sentiunt, &, sive agatur de pecunia reali, sive de imaginaria, existimant inspiciendum esse valorem de tempore solutionis, non celebrati contractus, quoties pecunia in bonitate intrinseca variata sit; quia mutatis nummis in bonitate dumtaxat intrinseca, cum maneat eadem monetæ forma, auctoritas, & ap-

pellatio, citra dubium est manere eamdem quantitatem, ac propterea Debitorem quantitatis liberari eam solvendo in nummis licet intrinsece diminutis (5).

Alii tandem rectius advertunt, pecuniam considerari posse vel in suo usu *Materiali*, vel in suo usu *formali*; Quoad usum *materialem*, uti accidit in *Cambiis Minutis*, vel in *Cambiis di Fiera*, *e Piazza*, aliisque contractibus, in quibus pecunia tamquam merx habetur, dubium non est, quod inspici debeat eiusdem valor de tempore contractus; Quoad usum vero *formalem*, uti accidit in emptione, & venditione, cæterisque quotidianis Contractibus, in quibus non materia nummorum inspicitur, sed eorum extrinsecus valor a publica auctoritate constitutus, utique considerandum est tempus solutionis, non celebrati contractus, ac propterea debitor liberatur solvendo pecuniam iuxta vigentem nummorum bonitatem (6).

Prædictæ *Bartoli* Theoricæ adiungendam hoc in loco putamus, alteram eiusdem præclarissimi Viri Sententiam in *Leg. Vinum ff. si cert. pet. num.* 4., ubi ait, quod regula illa, quod inspici debeat pretium, sive æstimatio rei de tempore solutionis, locum habet, si pretii variatio pro-

cedat a qualitatibus extrinsecis, non autem si oriatur ab intrinsecæ bonitatis, ac substantiæ mutatione, quo in casu tempus obligationis, non solutionis inspiciendum est (7).

Adiungendam quoque putamus alteram eiusdem *Bartoli* Theoricam in *Leg Contra*, ibique *Gloss. ff. de Legib. & Senatuscons.*, quod nempe si Debitor notitiam certam habuerit reprobationis, vel diminutionis pecuniæ a publica Auctoritate faciendæ, nec depositum ei suffragatur, nec solutio eum liberare posest, immo solvens, & sciens tenetur Parti læsæ, ac deceptæ ad æstimationem & interesse; quod tamen difficile est ad praxim reducere (8).

---

(1) Vid ad mater *Piscien. Reductionis Canonis* 30. *Maii* 1775. §. *E si addatta cor. Aud. Buratti*, ubi quod si pensio in certa pecuniæ specie conventa fuerit & huius variatio sit *intrinseca*, nempe procedens ex augmento, vel diminutione ponderis, seu qualitatis, pensio calculari debet iuxta valorem pecuniæ de tempore Contractus; Secus si variatio sit *extrinseca*. *Florent. seu Romana Pecuniaria* 28. *April.* 1798. *cor. Aud. Ioh. Grandetti Relat.* ubi quod variatio *extrinseca* pecuniarum etiam a Principe volita non afficit privatos in eorum circa solutionem conventionibus, quum talis variatio potius imaginaria sit, quam realis. *Ibid.* §. 13. *cum. seqq.* Vid. *decis. confirmat. Rotæ nostr. diei* 24. *Iul.* 1799. *cor. Aud. Cercignani Rel.*, ubi §.

Pur non ostante, dicitur, quod mutato pecuniæ valore inter Contractum, & solutionem sequenda est regula, per quam tam creditor, quam debitor illæsi serventur a damno. Quæ regula posita est in *d. Leg. Paulus ff. de solut. de Comitib. dec. Flor.* 32. *num.* 2 & 3

(2) *Bonfin. in supplem. ad Bannim. general. cap.* 38. *num.* 32. & *in decis.* 37. *num.* 1. & *seqq. Et cor. de Comitib. decis. Flor.* 32. *n.* 17. *Rot. Rom. in Rec. decis.* 114. *num.* 1. & *dec.* 597. *num.* 1. *part.* 1. *d. Flor. seu Rom. Pecuniaria cor. Aud.* Grandetti, ubi si pactum fuerit de solutione in certa pecuniæ specie facienda, non potest solutio fieri vel nisi in eadem pecunia, vel in alia, quæ sit æqualis bonitatis, eiusdemque pretii realis. *Ibid.* §. 7.

(3) *Gratian. discept. for. cap.* 560. *num.* 10. & *seq. Gob. de Monet. quæst.* 4. *num.* 60 *Rot Rom post. Cenc. de censib. dec* 214. *per tot.* & *dec.* 217. *n.* 1. *Rot. nostr. cor. Bonfin. d decis.* 37 *num.* 2.

(4) *Ansald. de commerc. disc.* 89. *num.* 29 *Rot. Rom. in Rec. dec.* 42. *num.* 1. *part.* 4. & *cor. Buratt. dec.* 626. *num.* 3. *Vid. Consultat. Adv. Francisci Luci in Pontremulen. Augm. Monet. in Causa de Maracchis*, ubi in illo casu per plures rationes ostendit attendendum esse tempus celebrati Contractus, etiamsi in pecunia imaginaria obligatio inita fuisset. *Rot. Rom. post. Cenc. de censib. dec.* 214 *n.* 4. & *per tot.*

(5) *Gonzalez. in cap. cum Canonicis num.* 6 *vers. Quo retento*. Vid. „ Il *Parere dell' Aud. Fiscale Filippo Luci sopra l' aumento preteso dai Debitori per la mutazione della bontà intrinseca della moneta in Pontremoli* §. 5. „

(6) Vid. dict. *Parere dell' Aud. Luci* §. 6. & *per tot.*, ubi plene, docteque de hac materia disseritur; & ubi dicitur, quod in Censu consignativo pecunia considerari debet in suo usu *formali*, non autem

materiali. *Vid.* etiam *Florent. Legati Pietantiæ* 4. *Maii* 1731. §. *Quanto alla seconda & seqq. cor. Adv. Graffioni*, *& Vot. decis. Canc. Fabrini in eadem Causa*, ubi de valore Floreni Aurei, eiusque historia.

(7) *Florent. supplementi Dotis* 26. *Martii* 1688. §. *Et quoniam cor. Aud. Antonio Michalorio*. Vid. *Piscien. Reductionis Canonis* 30. *Maii* 1775. *cor. Aud. Buratti*, ubi dicitur, quod si Canones Livellarii conventi sint in specie, nempe in *frumento vino ec.* non datur reductio ob auctum speciei valorem; quia quoad Conductorem eadem est utilitas, & damnum, & quia standum est obligationi iam inchoatæ „ Conductor, qui per multos annos non solvit pensionem in *tritico* conventam, condemnari debet vel ad tradendam totam pensionis summam in tritico bono, & mercantili, vel ad solvendum ipsius tritici valorem iuxta illud, quod plus valuit intra triennium a die cuislibet annuæ solutionis respective computandum; & ratio est quia quoad frumentum interesse quanti plurimi, ad quod tenetur qui in mora solvendi est, non excedit triennium, ultra quod non præsumitur duraturum frumentum, *Volaterrana Frumenti de Incontris* 1. *Octob.* 1648. *cor. Aud. Carolo Blanchellio Relat.*

(8) *Ansald. de commerc. disc.* 33. *num.* 39. Bartolus dat exemplum in eo, qui notitiam habens de Lege facta, non tamen promulgata circa diminutionem valoris frumenti, statim suum frumentum maiori pretio Emptori vendit Legis ignaro. *Vid. Menoch. de Arbitr. lib.* 2. *cas.* 185. *num.* 20. *& seqq. & cons.* 952. *num.* 25. *Paz. Iordan. variar. Elucubrat. lib.* 8. *tit.* 1. *num.* 42. Lex enim statim ligat, si eum scientia concurrat dolus in alterius detrimentum; Et Emptionis, venditionisque Contractus cum ex bono, & æquo procedat, non sinit, quod unus ex Contrahentibus alterum decipiat.

THEORICA BARTOLI

In Leg. si quis stipulatus 57. *ff. de solut. & Liber.*

Ait Bartolus in hac Lege, quod si quis stipuletur decem in *melle*, vel in *frumento*, decem sunt in obligatione, mel, vel frumentum in facultate solvendi. Ait insuper, quod si quis stipuletur decem in tali fundo, vel in melle ad rationem unius floreni pro cado, tunc quia interesse potest habere talem fundum pro iusto valore, vel mel pro pretio convento, utrumque dicitur in obligatione, non in solutione. Item ait, quod si quis stipuletur centum in florenis aureis, Floreni non sunt in solutione tantum, sed etiam in obligatione ob communem huiusce pecuniæ æstimationem (1).

Quoties igitur stipulatio, vel obligatio directa est in quantitatem certam, & species indicata, cum qua solutio fieri debet, est incerta, & in genere, stipulatio, & obligatio semper remanet *in quantitate*, species autem stat *in solutione*, sive,

ut nostri loquuntur, species stat *demonstrative*, non *taxative*; Quoties vero species disignata est in re certa, ex qua designatione demonstretur affectio particularis erga rem adiectam, tunc species ipsa *in obligatione* esse dicitur, seu *taxative* stat, non *demonstrative* (2).

Ideo sequitur, quod si quis promiserit dotem, vel annuum reditum in quantitate, & postea adiiciat bona, ex quibus dos, vel annuus reditus præstandus sit, bona ipsa stare dicuntur in solutione, seu *demonstrative* tantum, ac propterea si bona adiecta deficiant, vel minuantur, promittens tenetur defectum in aliis bonis supplere; Secus si promissa fuerint, & assignata certa, ac determinata bona, ex quibus vel dos, vel annuus reditus præstandus esset, ac solvendus, quia tunc bona ipsa in obligatione, seu *taxative*, non in solutione, seu *demonstrative* stare dicerentur (3) Quod præsertim obtinet, quando idem orationis contextus una cum ipsa obligatione rem, locum, vel modum pro ea adimplenda complectitur; tunc enim res, locus, vel modus *taxative* stare censentur, non *demonstrative* iuxta celebrem *Pauli Costrensis* sententiam *cons.* 338. *vol.* 1 (4).

Quid si stipulatio, vel promissio alternative directa sit in duas res certas, videlicet „ *Decem*, aut *Stichum*, vel *Stichum*, aut *Pamphilum*? Hocce in casu a Theorica *Bartoli* penitus extraneo, obiectum obligationis sunt duæ species certæ, & incertitudo stat simpliciter in electione stipulatori concessa, qua electione facta incertitudo ipsa penitus removetur, nec variationi locus est (5).

Verum in hac, de qua agimus, materia, an scilicet res designata *in obligatione*, vel *in solutione* esse dicatur, inspicienda sunt tum dispositionis verba, tum casus circumstantiæ, ex quibus præcipue desumi potest Contrahentium voluntas, ac per consequens iusta, ac recta huiusmodi difficilium quæstionum resolutio (6).

---

(1) Ad hanc Theoricam *Vid. Rot. nostr. in Senen. Annuæ præstationis* 3. *Octobr*. 1698. §. *Quod in parte cor. Aud. Farsetti*. In Mutuo, in Cambio ec. an restituenda sit, necne eadem pecuniæ species, vel potius pecunia quælibet iuxta valorem de tempore Contractus? *Vid.* Consultationes *Advoc. Cocchi, & Landi in Marradien. Pecuniaria*, ubi agitur de casu, in quo dati fuerunt ad Cambium *Zecchini effettivi Romani*, & fructus conventi in *Zecchini* pariter *Romani*.

(2) *Rot. Rom. cor. Lancett. dec.* 367. *num.* 6. *&*

in Nuperrim. dec. 253. *num.* 4. *tom.* 9. *& post. Constant. ad Stat. Urb. dec.* 205. *num.* 20. *Rot. nostr. in d. Senen. Annuæ præstationis cor. Farsetti loc. cit.* ubi quod promissio Florenorum 300. in tot Modiis salis, aut in tot *Fidis Bestiaminum* est taxativa, non demonstrativa, ac propterea tenetur promittens offerre, aut tradere illa præcise *Modia* Salis, vel *Fidas bestiaminum*. *Vid* etiam *Florent. Fideicommissi de Bagnano super Bonis* 26. *Mart.* 1779. §. 17. *& seqq. cor. Aud. Iosepho Vinci Relat.*

(3) Piene in *Florent. Fundi Dotalis cor. Aud. Carolo Bizzarrini in Thes. Ombr. tom.* 1. *dec.* 14. *num.* 17. *& seqq. & in Pisana præt. Reintegrationis Commendarum* 10. *Sept.* 1771. *cor. Aud. Francisco Rossi Rel.* Vid. alias *Decisiones*, *& Compendium Rerum Iudic. in hac eadem Causa*, ubi plura ad hanc materiam habentur.

(4) *Rot. Rom. cor. Crescent. Iun. decis.* 397. *per tot. tom.* 3. *d. Senen. Annuæ præstationis cor. Farsetti* §. *Qua orationis unitate*, & in *d. Compend. Rer. Iudic.* §. *V.*

(5) Vid. *Text. in Leg. Ubi autem* 75. §. *Qui illud ff de Verb. Oblig. & in Leg. si quis stipulatus* 12. *ff. cod. tit. d. Florent. Fideicom. de Bagnano super bonis* § 20. *& seqq. cor. Aud. Vinci*, ubi late agitur de hac *Bartoli* Theorica, & cum distinctione casuum contrariis respondetur auctoritatibus.

(6) Citat. *decis. cor. Aud. Vinci* §. 26.

THEORICA BARTOLI

In Leg. Qui Romæ 122. §. *Flavius ff. de verb. oblig.*

IN ea percelebri controversia, an primis Contrahentibus liceat, necne revocare modos, conditiones, ac favores in utilitatem Tertii absentis, vel Personæ nondum viventis adiectos, duo sunt contrariæ, oppositæque Doctorum Sententiæ, quarum prima antesignanum habet *Bartolum*, secunda *Paullum de Castro* in memorata Lege *Qui Romæ* §. *Flavius ff. de verb. oblig.*

Bartolus affirmat posse Contrahentes mutuo consensu pænitere, legesqũe in eorum Contractibus ad favorem Tertii scriptas non solum clarius exponere, sed etiam penitus emendare, ac delere (1).

E contra *Castrensis* negat, adimitque Contrahentibus hãc facultatem variandi, aut tollendi in præiudicium vocatorum absentium, vel nondum natorum, modos, & conditiones ad eorum favorem in Contractu stipulatas (2).

Omnes tamen utriusque sententiæ Sectatores conveniunt, quod ad acquirendum *Tertio* ius certum, & immutabile præter acceptationem primi Contrahentis, *ex grat.* Donatarii, & stipulationem Tabellionis, necessario requiratur, quod Contractus fuerit ab initio undequaque perfectus, & quoad ipsos Contrahentes omnino irrevocabilis; alias si eiusdem validitas, ac subsistentia dependeat ab aliqua vel intrinseca vel extrinseca conditione, quæ suspendere valeat Contractum, plane vel nullum tertio acquiritur immutabile iuris vestigium, vel si quod acquiritur, id duntaxat verificatur ab eo temporis momento, quo Contractus in primis Contrahentibus incepit esse perfectus, & irrevocabilis, ea solidissima ratione, quod cum pacta, & conditiones adiectæ ad favorem tertii sint quid accessorium principalis Contractus, ab eoque firmitatem accipiant, ideo necesse est, quod ipse etiam principalis contractus validus sit, firmus, atque perfectus (3).

Cæterum *Bartoli* sententia, etsi verior, ac magis recepta dicenda foret, quod tamen plures negant Iurisperiti, non procederet, ubi in contractu iam perfecto intervenisset Iuramentum promisso-

rium: (4) Ubi primi Contrahentis, *ex. grat.* Donatarii interfuisset ad favorem tertii expressa stipulatio, & acceptatio (5): Ubi donatio reperiretur facta Filiis infantibus, tam natis, quam nascituris, quibus in re favorabili, ministerio Legis ius acquiritur irrevocabile etiam nemine pro illis acceptante: (6) Ubi tandem ageretur de pactis dotalibus, quæ in damnum sponsæ non possunt a Patre, eiusque Marito in posteriori syngrapha Nuptiali vel minui, vel tolli (7).

Sed multas huius generis Quæstiones componere potest Statutum nostrum Florentinum *lib.* 2. *Rub.* 39., ubi disponitur, quod „ Ex quolibet Actu etiam si-„ ne scriptura facto per quemlibet priva-„ tum, etiam non Notarium, recipien-„ tem nomine alterius etiam absentis, „ acquiratur, & acquisita intelligatur „ obligatio, Actio, dominium, & possessio, „ & ius quodlibet, etiam sine aliqua ces-„ sione, seu rathihabitione, cuilibet etiam „ ignoranti, cuius nomine receptum fue-„ rit „ super qua Statuti sanctione, eiusque intelligentia plures scripserunt Iuris nostri Interpretes (8).

---

(1) *Mans. consult.* 20. *num.* 59. *&* *seqq. de Ros. consult.* 69. *num.* 121. *Adden. ad Thes. decis.* 70. *lit.*

D. Cutell. de Donat. tit. 2. *tract.* 2. *disc.* 1. *specul.* 9. *num.* 3. *& seqq.*

(2) *Torr. de Pact. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 28. *& seqq. Molin. de Primogenit. Hispan. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 74. *Urceol. Consult. forens. cap.* 52. *num.* 43. *Rot. Rom. cor. Merlin. dec.* 568. *num.* 7. *& seqq.*

(3) Vid. *Polit. de Fideicomm. dissert.* 44. *num.* 24. *&* 25. *tom.* 1. *& de Regal. dissert.* 10. *num.* 4. *& seqq. tom.* 5. Istæ duæ Opiniones locum sibi vindicant in contractibus, non autem in dispositionibus ultimæ voluntatis, in quibus ius nemini irrevocabiliter acquiritur, *Urceol. d. Consult. forens.* 52. *num.* 43. *in fin.*

(4) *Urceol. d. Consult. num.* 44. ubi plures congerit auctoritates.

(5) *Urceol. loc. cit. num.* 46. ubi concordantes.

(6) Idem *num.* 45.

(7) Vid. *Pisan. Augmenti Dotalis* 21. *Maii* 1749. *Art. IV.* cor. celeberrimo Viro *Adv. Leopoldo Andrea Guadagni in Pisana Academia Pandect. Profess. & Volaterrana Successionis quoad augmentum Dotale* 17. *Martii* 1780. §. *ult. cor. Aud. Bartholomæo Raffaelli*, quæ decisio confirmata fuerit a *Rota sub die* 1. *Sept.* 1780. In Dote illud speciale est, quod ex Contractu inter alios inito Mulieri, etiam absenti ius quæratur, *Paschal. de Patr. potest. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 8. *Mart. Med. decis. Senen. Exam.* 36. *per tot. Accaris. decis. Florent.* 37. *num.* 6. *& dec.* 86. *num.* 9 *& seqq.*

(8) Vid. *Ger. Spin. ad d. Rub.* 39. *lib.* 2. *Rot. nostr. cor. Magon. decis.* 117. *sub. num.* 28. *& in Florent. pratensæ Venditionis* 13. *Sept.* 1785. *cor. Aud. Raffaelli* §. 11. ubi limitatur huius Statuti dispositio quoties de stipulatione non constat, sed agitur de nuda promissione.

THEORICA BARTOLI

In Leg. Titium 48. §. Altero ff de Administr. Tut. & in Leg. Si Patruus 4. Cod. utriusq. Iudic.

IN dicta *Leg. Si Patruus num.* 9. & 10. Bartolus agendo de Societate *Lucri, & Quæstus* ita ait „*Quando plures Fratres stant simul, aut nullus negociatur; aut unus negociatur, alter non; aut omnes negociantur. Si neuter non potest intelligi contracta societas, licet hæreditatem in simul teneant indivisam. Si unus negociatur, alter non, nequidem potest intelligi contracta societas, quia ille, qui negociatur magis videtur donare, quam societatem contrahere. Si vero uterque negociatur, si quidem alter eorum est pupillus, non potest intelligi cum eo contracta societas, quia hoc non posset expresse; Si vero uterque est maior, tunc puto quod si quidem lucra posuerunt in communi, ex hoc inter eos præsumatur contracta societas. Non dico so-*

cietas omnium bonorum, *sed societas quæstus illius Mercantiæ tantum*. „

Ut enim Societas universalis bonorum omnium tacite contracta dici possit, necesse est quod concurrant tria illa substantialia requisita, nempe quod Fratres, seu Socii per longum temporis cursum simul habitaverint; quod omnia lucra, omnesque bonorum reditus invicem communicaverint; & quod nulla inter eos reddita sit finalis ratio (1).

Deficiente vero vel uno, vel altero ex hisce tribus requisitis, Societas non erit universalis, sed erit vel *simplex* societas bonorum si fratres, vel socii bona, eorumque reditus teneant indivisa; vel erit Societas particularis *lucri*, *&* *quæstus*, si fratres vel socii alicui particulari negociationi incumbant; vel erit Societas universalis pariter *lucri*, *&* *quæstus*, si fratres, vel socii omnia lucra, cuiuscumque speciei sint, invicem communicaverint (2) Eo enim modo quo Societas universalis omnium bonorum differt a simplici, vel particulari bonorum Societate, ita Societas universalis cuiuscumque lucri, & quæstus differt a Societate particulari alicuius lucri, & quæstus (3).

Ad dignoscendum vero, an in Societa-

te *lucri*, *&* *Quæstus* id quod unus frater, vel socius acquirit, communicetur, necne cæteris fratribus, vel sociis, opportuna esse potest huiusmodi casuum distinctio. Primus est, quando extat inter Fratres, vel Socios universalis societas bonorum omnium tam mobilium, quam immobilium, & tam antiquæ, quam recentis acquisitionis, & hoc in casu quidquid unus ex fratribus, vel sociis nomine proprio, & propria industria acquirit, cæteris fratribus, vel Sociis communicare debet. Secundus casus est, quando Socius rem aliquam, vel fundum acquirit sive propria, sive sociali pecunia, cum animo, & intentione quærendi lucrum mediante eiusdem rei, vel fundi distractione, & hocce in casu res, vel fundus acquisitus communicatur aliis fratribus, vel Sociis in communione lucri, & quæstus constitutis. Tertius casus est quando socius rem, vel fundum acquirit animo non distrahendi lucrumque captandi, sed retinendi, & tunc res, vel fundus acquisitus non fit communis cæteris Sociis lucri, ac quæstus, qui propterea ad solam pecuniam actionem habere possunt, si ea communis fuerit, non propria Socii acquirentis (4).

Quamobrem eveniente Divisionis casu

res omnes opera, & industria per quemlibet ex Sociis acquisitæ dividendæ sunt *in capita* si agatur de societate universali omnium bonorum, vel de societate generali cuiuscumque lucri, & quæstus, vel etiam de societate particulari lucri, & quæstus, in qua res expresse fuerit acquisita nomine, & pro interesse omnium Sociorum. *In stirpes* vero facienda est divisio si agatur de Societate Lucri, & Quæstus, in qua unus, vel plures ex Sociis rem proprio nomine acquisiverunt, quæ sit extra limites contractæ negociationis, vel cuius acquisitio facta sit animo, & intentione illam retinendi. Huiusmodi enim res considerari debet propria acquirentis, eiusque hæredum, & successorum, remanente cæteris Sociis actione ad pecuniam, si ea fuerit communis (5).

Cætera, quæ ad hanc materiam spectant, videri possunt apud Scriptores de Societate disserentes, & etiam in meo *Opusculo*, quod pro titulo habet. „*Della divisione dei Beni dei Contadini, ed altre simili Persone* „ ubi etiam in qua proportione divisio in capita facienda sit? (6)

---

(1) *Menoch. de Præsumpt. præs.* 56. *n.* 37. *lib.* 3.

Mantic. de Tacit. lib. 6. tit. 3. num. 9. Michalor. de Fratrib. part. 2. cap. 13. num. 3. Rot. nostr. in Fivizzanen. Evictionis 17. Aug. 1731. §. His in Iure, & seqq. cor. Aud. Calderoni in Thes. Ombros. tom. 7. dec. 28. ubi allegat hanc *Bartoli* Theoricam „ Societas universalis quando contracta dicatur, an tacite contrahi possit, ex quibus probetur, & an in ea veniant quæstuaria, an omnia quovis modo obvenientia; Et an contrahi possit cum Minore, & contracta cum patre an & quando renovata censeatur cum filiis etiam in minori ætate constitutis. *Vid. dicit. Decis. cor. Aud. Calderoni per tot.* Vid. etiam *Florianen. Divisionis 30. Sept. 1797. Art. I. & per tot. cor. Adv. Aloysio Passetti Arbitr.* ubi multa habentur quoad societatem, rerumque socialium divisionem.

(2) De exclusione Societatis Universalis inter Fratres, maxime ob deficientiam communionis lucrorum *Vid. in Ficiclen. præt. Societatis Universalis & Ususfructus 24. Ian. 1784. §. 14. & seqq. cor. Aud. Petro Pardini.* Societas Universalis inter fratres excluditur si habuerint separatam habitationem, & separata lucra, quamvis aliquis ipsorum ea communicaverit *Vid. Terræ Novæ Retractus 9. Iul. 1773. §. La qual Società cor. Aud. Ulivelli.* Communio universalis omnium bonorum non arguitur ex sola fructuum communione, sed necessaria est communio proprietatis. *Vid. Florent. præt. Mali Patrocinii 13. Sept. 1776. §. Ma ancora cor. Aud. Lino Salvetti Relat.*

(3) *Rot. nostr. in Montis Varchi divisionis 13. Septemb. 1797. §. Riflettevamo cor. Aud. Maggi Relat.* & in *decis. Confirmator. diei 26. Sept. 1798. cor. Aud. Raffaelli Relat.*

(4) *Montis Varchi divisionis 26. Sept. 1798. §. 6. & 7. cor. Aud. Raffaelli.* Ex quibus probetur Societatem initam fuisse inter duos Artifices, & de præsumptione quod fuerit in posterum continuata,

Vid. *in Florent. Societatis* 18. *Aug.* 1677. *cor. Aud. Petro de Angelis* & in *Florent. Societatis* 27. *Iul.* 1660. §. *Data igitur cor. Aud. Carolo Blanchellio* & in *Flor. Societatis* 22. *April.* 1729. *cor. Aud. Io. Meoli* in quibus Decisionibus præsertim agitur de continuatione, & renovatione societatis.

(5) *Vid.* dicit. *decis. in Montis Varchi Divisionis* 13. *Sept.* 1797. *cor. Aud. Maggi*, & *in Confirmat. cor. Aud. Raffaelli*, ubi iudicatum fuit dividendum esse in stirpes, & non in capita Prædium Emphyteuticum conductum a Senioribus Familiæ Colonicæ, quia inter omnes de familia non existebat Societas bonorum universalis, sed Societas particularis Lucri, & Quæstus, & quia Prædium acquisitum fuit animo illud non distraendi, sed retinendi.

(6) In hoc Opusculo §. *XI.* diximus quod bona Emphyteutica Familiis Colonicis a Principe concessa dividenda sunt in *Capita*, non *in Stirpes*. Quæ proposito non evertitur a supradictis *Decisionibus in Montis Varchi Divisionis cor. Aud. Maggi*, & *Raffaelli*, quia loquuti sumus in terminis Societatis universalis omnium bonorum, non in terminis Societatis particularis Lucri, & Quæstus. *Vid. Laudum Adv. Bellini*, & *Zabagli*, in eadem Causa, quod revocatum fuit, & Consultat. *Adv. Bruni* & *Sodi in Montis Varchi Divisionis Bonorum Emphyteuticorum*.

THEORICA BARTOLI

In Leg. Cum proponas 2. Cod. pro Socio.

NOTAT *Bartolus* in hac *Lege*, quod si unus ex fratribus fundum emerit pro se, & pro fratre suo, & in Instrumento non sit expressum, an de propria, vel communi pecunia solutio facta sit, tunc in dubio pecunia soluta præsumitur ipsius solventis, nec alter Frater medietatem rei emptæ consequi valet, nisi refusa medietate pretii soluti. Ideo ipse *Bartolus* cautelam suppeditat, quod in Instrumento declaretur pretium de communi pecunia fuisse solutum.

Hæc tamen *Theorica* locum habet, quando ex actibus socialibus non deprehenditur societatem in Prædiis emendis initam fuisse, secus autem si ex huiusmodi actibus talis societas deprehendatur, quia tunc procedit contraria *Speculatoris* opinio (1).

Societas vero, & communio in emendis Prædiis maxime resultat, si bonorum

emptorum fructus ad omnes fratres, sociosve pervenerint; Si in communi *Catasto* bona empta adnotata fuerint (2); Si tributa communi nomine sint persoluta; Si communibus expensis bona ipsa culta fuerint, & præsertim si appareat tempore mortis Patris neminem ex fratribus distinctum, ac separatum habuisse patrimonium (3).

Pro dirimenda igitur quæstione, an id quod Socius emit, sit cum aliis Socius communicandum, hi præcipue distinguendi sunt casus.

Primus est, quando contractus communi nomine est celebratus, & hoc in casu acquisitum communi nomine commune esse intelligitur (4).

Secundus casus est, quando socius emit nomine proprio, & dominium sibi acquirit, nec tenetur communicare; Sed si pecunia erat communis, tenetur partem suam socio reddere, dummodo inter socios contracta non fuerit universalis bonorum Societas (5).

Tertius denique casus est, si non fuerit expressum, an proprio, vel communi nomine emptio facta sit, & tunc in dubio præsumitur socium emisse nomine proprio, & pro se, ac hæredibus suis; nisi

solitus fuisset emere communi nomine, quia tunc præsumitur emisse nomine communi, ducto argumento ex Patrisfamilias affectione, & consuetudine (6).

Alias distinctiones omitto, cum apud Scriptores de Societate disserentes facile possint inveniri.

---

(1) Vid. *Anchar. cons.* 149. quod incipit „ *Plura dubia* „ *num.* 4. *Dec. cons.* 21. *num.* 10. *Roland. cons.* 4 *num.* 2. *Mantic. de Tacit. & ambig. lib.* 6. *tit.* 16. *num.* 18.

(2) De communione bonorum resultante ex descriptione in Libris *Extimi* in faciem duorum, quorum unus consensit huic communi descriptioni, *Vid. Consultat. IC. Aloysii Tramontani in S. Petri in Balneo Emphyteusis super centenaria pag.* 10. *& seqq*

(3) *Anchar. d. cons. num.* 4. *vers. Et licet. Mantic. de Tacit. d. lib.* 6. *tit.* 16. *num.* 18. *& seqq.* Ad materiam *Vid. decis. in Pisana, seu Blentinen. Disdictae* 25. *Sept.* 1797 *cor. Audd. Consulat. Pisarum.*

(4) *Ubald. de duob. Fratrib. part.* 3. *num.* 2. *Mantic. loc. cit. num.* 17.

(5) *Mantic. ibid. num.* 19 20. *&* 21. Vid. plura in *Florianen. divisionis* 30. *Sept.* 1797. *Art. I.* §. 49. *cor. Adv. Aloysio Paffetti.*

(6) *Mantic. de Tacit. lib.* 6. *tit.* 17. *num.* 1. *& duob. seqq. & num.* 7. *Michalor. de Fratribus part.* 2. *cap.* 9. *num.* 13. *& seqq.* ubi quod acquirens habet pro se Iuris præsumptionem, quod de propria pecunia acquisiverit, & ideo transfert onus contrariæ probationis in Adversarium suum. *Ibid. num.* 25.

THEORICA BARTOLI

In Leg. Solutum 21. §. *Solutam in fin. ff. de Pignor. Act.*

RES obligata pro uno debito potest a Creditore pro alio debito retineri. Hoc dicit *Bartolus*, cuius assertionem comprobat quoque *Textus in Leg.* 1. *Cod. etiam ob chirog. pecun.* in qua constitutum apparet, quod res pro uno debito obligata pro alio etiam retineri potest (1).

Ex quo sequitur, quod bona invecta, & illata, quæ pro pensione Domus obligata sunt, retineri a Locatore possunt pro alio Conductoris debito (2).

Seqaitur quoque, quod bonorum retentio non denegatur ei, qui in vim *Salviani Interdicti* immissus fuit in Bona sui Debitoris, si post ejus satisfactionem velit eadem bona pro alio suo credito retinere (3).

In hoc tamen *Salviano Interdicto* creditum debet esse liquidum, nullique subiectum exceptioni, quæ aliquam requirat altiorem indaginem (4).

Creditor autem bona retinens sui debitoris tenetur rationem reddere omnium fructuum ex ipsis bonis perceptorum pro toto suæ possessionis tempore; & si rationem hanc rite, recteque non reddat, condemnandus est ad *Scuta* quattuor pro centenario super valore fundi per eum possessi, ita iubente *Reformatione Curiæ Florentinæ diei* 12. *Augusti* 1678. (5).

Debitor vero contra Creditorem ex fructibus satisfactum, & bona indebite retinentem experiri recte potest actionem *Spolii*, si manifeste probet integram sui debiti solutionem. E contra spectat ad Creditorem perspicue demonstrare non integram sui crediti satisfactionem, si tamquam Actor iudicium executivum contra Debitorem intentare velit; Quo in casu non ei sufficeret exhibitio *Notulæ* fructuum ab ipso perceptorum, uti ei sufficeret, si tamquam reus urgeretur a debitore pro rei detentæ restitutione (6) Ad quas ambages penitus amovendas salutare consilium est, ut Debitor singulis annis vocet in Iudicio Creditorem ad exhibendam *Notulam* omnium fructuum colligendorum ad hoc, ut æstimentur iuxta commune ipsorum pretium (7).

Quod si Creditor in bona debitoris im-

missus non possit de suo credito intra decem saltem annos ex fructibus satisfieri, petere recte potest mediante iudiciali *adiudicatione*, bonorum ipsorum proprietatem, ac dominium (8).

---

(1) *Vid. Negusant. de Pignor. & Hypoth.* 4. *membr. part.* 2. *num.* 129.

(2) Idem *Negusant* loc. cit. *in fin.*

(3) *Pacific. de Salv. Interdicto Inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 230. *& Inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 222. *Grammat. decis.* 58. *num.* 2. *Rot. Rom. cor. Ludovis. dec.* 4. *num.* 2.

(4) *Pacific. de Salv. loc. cit. Rot. Rom. in Civitatis Castelli Immissionis* 15. *Iun.* 1742. §. 16. *cor. de Thunn. Rot. nostr. in Thes. Ombros. dec.* 7. *num.* 1. *tom.* 2. De Salviano, eiusque requisitis *Vid. Rot. Rom. cor. Crescent. dec.* 308. *& Rot. nostr. in Florent. Salviani* 22. *Iun.* 1718. *cor. Aud. Calderoni.*

(5) *Rot. nostr. in Florent. prætensi Affictus perpetui* 11. *Aprilis* 1780. §. *La nostra cor. Aud. Alex. Luci.*

(6) *Senen. seu Florent. Nullitatis, & Manutentionis* 17. *Martii* 1780. §. 13. *& seqq. cor. Aud. Antonio Marchi*, ubi plene. *Rot. Rom. in Rec. dec.* 392. *num.* 9. *part* 19. *tom.* 1. ubi quod Notula iurata Creditoris suffragatur ad effectum excipiendi, & retinendi, non autem ad effectum agendi. *Vid. Constant. ad Stat. Urb. annot.* 58. *tom.* 2. *& Vot. decis.* 142. *num.* 30. *& seqq.* Duo sunt requisita pro obtinenda contra Creditorem *Salvianistam* redditione rationis, & reintegratione ad fundi possessionem. Primum est probatio possessionis actualis penes Creditorem. Secundum est probatio dominii fundi penes Actorem de tempore postulat ae reintegrationis. *Castrifranci Inferioris Rein*•

segrationis 9. *Iun.* 1797. §. *Due erano cor. Aud. Nicolao Salvetti Relat.*

(7) D. *Senen. Nullitatis cor. Aud. Marchi*. Creditor *Salvianista* tenetur in *extenuationem* sui crediti imputare omnes illos fructus, quos sua culpa non percepit, *Romana Salviani* 6. *Decembr.* 1737. §. 3. *cor. Millino*, & *Rom. Bonorum* 4. *Maii* 1739. §. 7. *cor. eod.*

(8) *Rot. Rom. in Rec. dec.* 458. *part.* 18. *tom.* 2. *per tot.* & *in Ferrarien. Salviani* 6. *Maii* 1737. §. *Sic cor. Crescentio*. Pro *Salviano* debetur *Gabella*, nam Statutum *Gabellarum* Florentiæ iubet, quod quilibet Pignoratarius bonorum Immobilium huiusmodi oneri subiiciatur Vid. *Cepparell. Resolut. fiscal.* 59. *Florent. prat. Affictus perpetui* 11. *April.* 1780. §. *Poichè cor. Aud. Alex. Luci Relat.*

THEORICA BARTOLI

In Leg. Cotem 11. §. *Qui maximus ff. de Public. & Vectig.*

QUAMVIS regulare sit, quod ad determinandam Contractus læsionem, eiusque iustitiam, vel iniustitiam dimetiendam spectari debeat tempus celebrati Contractus, non tempus futurum, in quo propter multiplices rerum eventus humani Actus, humanaque negocia mutantur (1); nihilominus si agatur de Contractu, qui tractum habeat successivum, futuraque

tempora respiciat, tunc licet ab initio nullam contineat læsionem, & iniustitiam, si tamen deinceps ob temporum, atque circumstantiarum mutationem, læsivus, ac iniustus evaserit, rescindi meretur, vel saltem ad iustitiam, & æqualitatem reduci (2).

Multi tamen non infimæ notæ Prudentes hanc *Bartoli* sententiam impugnant, putantes ne in contractu quidem tractum successivum habente læsionem admitti, quamvis deinde læsivus evaserit, quia quando Contractus ad lucrum, & damnum æquo pede vergere potest, initium eiusdem Contractus, non futurus eventus inspicitur (3).

Harum tamen opinionum discrepantia conciliari facile potest distinguendo Contractus, quos Contrahentes tam ad maximum lucrum, quam ad maximum damnum natura sua vergere posse non ignorabant, uti sunt Contractus jactus retis, venationis, cæterique similes; ab aliis Contractibus, in quibus Contrahentes nec de maximo lucro, nec de maximo damno cogitare verisimiliter potuerint, sed lucri, damnique cogitatio in spe solum steterit, vel aliqualis lucri, vel aliqualis damni, ut in venditione, aut locatione futurorum fructuum contingere solet.

In primi generis contractibus admitti potest illorum opinio, qui negant reductionem contractus ad iustitiam, et aequalitatem, quoties ex futuro eventu laesivus effectus sit.

In Contractibus vero secundi generis tutior est illorum opinio, qui laesionem Contractus a futuro etiam eventu metiuntur, eiusque reductionem admittunt ad iustitiam, & aequalitatem (4).

Sed in iis etiam Contractibus, qui ex viribus pendent fortunae, quique vel maximum lucrum, vel maximum damnum natura sua ferre possunt, admittitur laesio, si ab initio vere fuerint iniusti, ac laesivi, quemadmodum contingere potest in ipsa iactus retis venditione, si minus iusta ab initio fuerit eiusdem aestimatio. Quod si venditio iactus retis, aliique huiusmodi Contractus nullam ab initio contineant laesionem, ac iniustitiam, frustra de laesionis, ac iniustitiae vitio deinceps redargui possunt (5).

Probata vero in quocumque contractu iniustitia, ac laesione, competit Contrahenti laeso famigeratum remedium *Leg. 2. Cod. de rescind. vendit*. Optio tamen est Laedentis, aut contractum rescindere, aut illum ad aequalitatem reducere sup-

plendo, vel diminuendo pretium ab initio constitutum (6).

Hæc tamen optio nullo modo danda est, ubi læsio sit longe maxima, sive, ut aiunt, enormissima, excedens nempe *bessem*, seu duas ex tribus partibus iusti pretii. Huiusmodi enim læsio continet in se dolum reipsa, quod æquiparatur dolo *ex proposito* præseferenti defectum consensus, & propterea Contractus nullitatem usque a principio, qua stante non datur optio Lædenti, sed cogitur rem una cum fructibus a die Contractus restituere (7).

---

(1) *Leg. Si volantate* 8. *Cod. de rescind. vendit. Mascard. de probat. conclus.* 960. *num.* 4. *vol.* 2. *Constant. vot.* 189. *num.* 25. & *seqq. Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 2. *decis.* 37. *num.* 25.

(2) Ad *Text. in Leg. cum quidem* 17. *sub princ. ff. de usur. Mandell. cons.* 34. *num.* 16. *tom.* 1. *Mantic. de Tacit. lib.* 3 *tit.* 15. *num.* 25. *Rot. Rom. in Melevitana Legati* 12. *Febr.* 1784. §. *Neque*, & §. *Quandoquidem cor. Harrach. Rot. nostr. in Florent. Reductionis Canonis cor. de Baldesse in Thes. Ombros. tom.* 1. *decis.* 18. *num.* 87. *Bovianen. Nullitatis conventionis* 2. *Sept.* 1776. §. *Poichè l'essersi cor. Adv. Benedicto Chiaromanni.*

(3) *Scopp. ad Merlin. Pignatell. controv. forens.* 87. *num.* 11. *lib.* 1. *Rot. post. Torr. de Pact. futur. success. decis.* 81. *num.* 6. *cor. Peutinger. decis.* 49. *num.* 3. & 4. *in Cesanaten. Bonorum* 27. *Iun.* 1729.

§. *final. cor. Crispolto*, *Rot. nostr. in Florent. prat. Rescissionis Contractus* 24. *Sept.* 1773. *cor. Aud. Alex. Luci*.

(4) *Larrea Allegat. fiscal.* 32. *per tot. Zanch. de Læsione part.* 3. *cap.* 3. *num.* 23. & *seqq.* qui hanc distinctionem pluribus exemplis illustrat. *Romana Contractus Vitalitii* 23. *Iun.* 1747. §. 3. *cor. Migazzi*, ubi quod læsio non potest obiici in Contractibus, qui æque ad lucrum, & damnum se habere possunt. *Rot. nostr. in Pisana Emphyteusis* 19. *Iul.* 1783. §. *ult. cor. Aud. Vernaccini*, ubi quod læsio desumi nequit ex amissione lucri, quod tempore Contractus incertum erat, & eventuale. *Motiv. Francisci Mei Iud. Civit. Pisar. in Pisana Læsionis in Causa Poschi*, & *Beltrami*, ubi quod læsio non habet locum in venditione Nemoris, aut *Arboretæ* a solo non separatæ, quia ob intrinsecum Arborum defectum emptio redundare potest tam in lucrum, quam in damnum æmptoris.

(5) *Zanch. de læsion. loc. citat. num.* 48. & *seqq.* In Censibus quoque vitalitiis si læsio intervenerit ab initio, rescissioni, vel moderationi locus est; Secus si tria illa necessaria requisita, videlicet ætatis, quantitatis pensionis solvendæ, pretiique soluti ab initio iusta fuerint. *Zanch. ibid. num.* 53. & *plur. seqq.*

(6) *Arias de Mesa variar. Resolut. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 2. *Thesaur. decis.* 115. *num.* 11. Quæ quidem optio, aut pretium supplendi, aut rescindendi Contractum competit non solum in Emptione, & Venditione, sed etiam in Locatione, & Conductione, aliisque bonæ fidei Contractibus, *Idem Zanch. de Læsion. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 88. & *seqq.* & *part.* 3. *cap.* 6. *num.* 22. ubi plene.

(7) *Fontanell. decis.* 64. *num.* 2. *Rot. Rom. in Romana Nullitatis Contractuum* 13. *Maii* 1735. §. 3. *cor.*

Peralta, *Rota nostra in Thes. Ombros. dec.* 19. *num.* 48. *tom.* 12. *in Senen. Nullitatis Contractus* 20. *Mart.* 1714. § 17. *cor. Aud. Urbani*, *Fivizzanen. Fructuum* 1723. §. *Tandem & §. Quinta cor. Canc. Archi*, *Puppien. Dotis & Renunciationis* 28. *Aug.* 1759. §. 62. *cor. Canc. Montordi Relat. Vid.* Consultat. *Adv. Octavii Landi* eximii in Curia nostra Iurisconsulti *in Vallis Arni superioris nullitatis cessionis in Causa Vestri*, *e Bazzanti*, *e Cini* quae incipit „ *La Sentenza* „ ubi demonstrat, quod stante enormissima Laesione praeseferente dolum, non admittitur Laedens ad probationem esclusivam ipsius doli, uti visum est *Fabro de error. Pragmat. decad.* 1. *error.* 7. *num.* 5. *aliisque* paucis DD. „ Enormissima laesio actum rescindit etiam Decreto Iudiciis roboratum, *Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 11. *dec.* 15. *num.* 26. & *tom.* 12. *dec.* 19. *num.* 20. Nec valet renunciatio etiam specialis, & iurata Laesioni enormissimae *Ibid. dec.* 19. *num.* 47. Quaenam sit enormissima Laesio pro rescindendo Contractu iurato tam quoad Maiorem, quam quoad Minorem? Vid. *Flor. Rescissionis Donationis* 10. *Maii* 1669. §. *Et primo cum seqq. cor. Aud. Flaminio Burghesio*.

THEORICA BARTOLI

In Leg. Societatem 77. §. *Arbitrorum num.* 25. *ff. pro Soc.*

QUIDQUID sit in Contractibus inter Privatos gestis, in Contractibus certe cum Fisco initis, ea reputatur enormis Læsio, quæ sextam attingit iusti pretii partem, secundum hanc *Bartoli* theoricam, quam hodie communiter Doctores, & Tribunalia amplexa sunt (1) Quo privilegio Ecclesia etiam, Respublica, Oppidum, Communitas, & Universitas perfruuntur (2).

Sed quæritur, an læsio, quæ Fisco suffragatur in sexta parte, suffragari debeat ob rationem *Correlativorum* Privato cum ipso Fisco contrahenti? Negativa opinio verior, & magis recepta esse videtur, nam argumentum a Correlativis desumptum non procedit, quando eorum unum vel habet diversum ius, vel diversa pro eo militat ratio; Nec ulla æqualitas datur inter Fiscum privilegiatum iure speciali, & personam non privilegiatam, quæ pro-

pterea iuribus fiscalibus nequaquam perfrui potest. (3)

Illud vero exploratum est, & ex ipsis *Bartoli* verbis in dicta Lege *Societatem* manifeste deducitur, quod sufficiat læsio in sexta iusti pretii parte, quoties ea non processit ex facto ipsorum Contrahentium, sed ex facto Tertii, nempe vel Iudicis, vel Arbitratoris, vel Periti (4) Et ratio diversitatis est, quia in Emptione; & Venditione, aliove contractu voluntario, Contrahentes sibi debent imputare, si res minori, vel maiori pretio distracta sit; quod non militat in Venditione, aliove Contractu, in quo non plene concurrit domini voluntas, & in quo Iudex, Arbitrator, vel Peritus eamdem non habent auctoritatem, quam ipse dominus habet. (5)

Si tamen Tertii arbitramentum, vel Peritia acceptata fuerit cum scientia læsionis ab ipsis contrahentibus, ac deinde fuerit ad executionem perducta, tunc non datur contra læsionem in sexta parte remedium, quia rei pretium non ex iudicio Arbitratoris, vel Periti, sed ex ipsa partium conventione promanasse censetur (6).

Cæterum quo spectat ad Pupillos, ad Causas Pias, aliasve privilegiatas personas,

in quibus læsio verificari potest tam in damno, quod patiuntur, quam in lucro, quod amittunt, semper via patet subsidiario remedio Restitutionis in integrum (7); rectoque Iudicis arbitrio remittitur gradus læsionis pro concedenda huiusmodi privilegiatis personis petita in integrum restitutio. (8)

---

(1) *Amat. Resolut.* 38. *num.* 21. *Galeot. respons.* 25 *num.* 47. *& seqq. De Luc. de Regal. disc.* 65. *sub. num.* 17. *Ursill. ad Afflict. dec.* 340. *num.* 8.

(2) *Fachin. cons.* 5. *num.* 55. 73. *&* 74. *lib.* 1. Vid. *Zanchium de Læsione part.* 1. *cap.* 4. *n.* 102. *& seqq.* Quoties Contractus est nullus ob læsionem Loco Pio illatam, non datur suppletio usque ad iustum rei valorem, *Arretina Nullitatis Contractus* 21. *Sept.* 1798. §. 4. *cor. Aud. Simonelli*, ubi adducitur ratio.

(3) *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 46. *art.* 2. *n.* 177. *& seqq. & Vot. decis.* 358. *num.* 5. *&* 6. Contrarium defendere videtur *Polit. de Locat dissert.* 7. *num* 16. *tom.* 4., ubi de hac *Bartoli Theorica* agit.

(4) *Rot. Rom. cor. Bich. dec.* 609. *num* 5. *Rot. nostr. lib. Motiv.* 63. *pag.* 402. *& lib. Motiv.* 24. *pag.* 180. *in Florent. Reductionis ad arbitrium boni viri* 15. *Iulii* 1700. *cap.* 1. *cor. Aud. Enea Cavalcanti*, *& in Pisana diversorum criminum* 27. *Aug.* 1770. §. 180. *cor. Aud. Iuliano Tosi*. In contrarium Vid. *Zanch. de Læsione part.* 2. *cap.* 6. *a num.* 38. *ad* 44. *& Rot. in Recent. dec.* 270. *num.* 14. *part.* 14. *& dec.* 268. *num.* 4. *& plur. seqq. part.* 18. *tom.* 1.

(5) *Amat. cons.* 87. *num.* 3. *Neguerol. Allegat.* 18. *num.* 61. *d. decis. cor. Bich. num.* 6. Vid. *Senen. Le-*

gati 29. *Iul.* 1723. num. 30. & seqq. cor. *Aud. Aloysio Sorba*, ubi agitur de Contractu ab Administratore gesto.

(6) *Rot. nostr. in Florent. Crediti* 21. *Decembr.* 1779. §. *Poichè cor. Aud. Arrighi Relat.*

(7) *Vid. Cortonen. Auctionum* 17. *Iul.* 1781. §. 1. *cor. Aud. Raffaelli*.

(8) *Florent. prætensæ Læsionis* 29. *Sept.* 1787. §. *Varie regole & seqq. &* §. *ult. cor. Aud. Brichieri Colombi Relat.* Minor, Mulier, & Rusticus ultra dimidium læsi, quamvis *non contravenire iuraverint*, gaudent nihilominus beneficio *Leg.* 2. *Cod. de rescind. vendit. Alex. cons.* 42. *lib.* 1. *Turzan. comm. opin.* 159.

THEORICA BARTOLI

In Leg. Quoties 67. *ff. ad Leg. Falcid.*

Ex dispositione Iuris Communis Donatio, quæ quingentos aureos excedit, non valet absque Insinuatione, sed usque ad quingentos aureos valet (1).

Sed quid si Donatio excedat quingentos aureos, sed detracta *Gabella* eos non excedat? Valebit necne donatio, quæ Insinuationis solemnitate careat? *Bartolus* in hac lege respondet Donationem valere, quia detrahi debet *Gabella*; & videri illud, quod remanet. (2)

Quoad *Gabellam* pro Donationibus debitam, illud animadvertendum putamus, quod in Donatione *correspectiva* solvi non debet a Donatario, quemadmodum disponitur *in Rub. XV. Statuti Gabell. Florent* sed solvenda est, uti in cæteris Contractibus *correspectivis* ab unoquoque ex Contrahentibus pro medietate, quoties nulla inter eos inita fuerit contraria conventio. (3)

Quoad Insinuationis vero solemnitatem adnotandum est, quod hodie per Edictum *diei 2 Iul.* 1787. publicatio Donationum facienda est in Supremo Urbis Florentiæ Magistratu, reservata apud Officium *Gabellarum* denunciatione fieri solita pro interesse eiusdem Officii.

Insinuatio autem à Iure Communi præscripta in Donationibus quingentos aureos excedentibus diversa omnino est ab Actu Insinuationis, seu Denunciationis faciendæ in Libris memorati Officii *Gabellarum* in vim Legis *diei* 5. *Ianuar.* 1551. quæ de omnibus loquitur donationibus, ac propterea illas etiam complectitur, quæ aureos quingentos non excedunt. (4)

Verum per hanc Legem *anni* 1551., non irritatur Donatio quoad personas Do-

nantis, & Donatarii, quoties in Officio *Gabellarum* descripta non fuerit, sed tantum irrita evadit quoad Tertium, uti est Creditor, qui pecunias Donanti dedit post factam ab eo donationem, dummodo tamen nullitatem obiiciat, alias donatio permanet in implicito validitatis statu, nec ab aliis præterquam ab ipso tertio, eiusque hærede nullitas ob defectum huiusce Insinuationis opponi potest. (5)

Sed si agatur de Donationibus *non gratuitis*, sed *correspectivis*, cuiusmodi sunt donationes vel causa Dotis, vel contemplatione certi, ac determinati matrimonii, vel pro bonis in Agnatione conservandis, vel favore Piæ Causæ, decisum sæpe fuit in nostris Tribunalibus, necessariam non esse descriptionis solemnitatem a memorata Lege præscriptam (6) Et ratio esse videtur, quia in Donationibus simplicibus, & gratuitis, non autem in onerosis, & correspectivis, locum habere potest simulationis, fraudisque præsumptio. (7)

(1) *Text. in Leg. Sancimus Cod. de Donat.* Quingenti aurei efficiunt scuta circiter septingenta iuxta præsentem pecuniæ valorem, *Sabell. in Pratica §. Donazioni num. 4.*

(2) Vid. *Castill. controvers. lib. 8. de Aliment. cap. 11. num. 8. Montelatici Element. Iur. Civil. tom. 1. pag. 156. in fin.*

(3) *Rot. nostr. in Florent. Legati, seu Gabellæ* 6. *Sept.* 1774. *Art.* 2. *cor. Alex. Luci.*

(4) *Sabell. loc. cit.* late *Biturgien. seu Anconitana Fideicomm. & Nullitatis Donationis* 3. *Iun.* 1777. §. 18. *& seqq. cor. Adv. Antonio Marchi Asses.*

(5) *Rot. nostr. in Florent. Donationis* 10. *April.* 1586. §. *Ad tertiam lib. Mot.* 60. *pag.* 117. *& in Lunen. seu Sarzanen. Devolutionis bonorum* 8. *Sept.* 1724. §. *Siquidem cor. Aud. Marco Philippo Bonfini.*

(6) *Florent. Reductionis Pacti de Quota Litis* 13. *Sept.* 1774. §. *Imperciocchè & plur. seqq. cor. Aud. Luci*, ubi quod in ea parte, quæ correspectivitatem excedit, subiecta est descriptioni. *Vid. Decis. Magistr. Supremi diei* 23. *Sept.* 1782. *cor. Aud. Raffaelli*, ubi quod non obstante Descriptionis defectu valida est donatio ad Piam Causam facta, quamvis sit gratuita, & simplex, quæ Decisio confirmata fuit a *Rota* non obstantibus egregiis *Consultationibus Adv. Francisci Raù*, nunc in *Senensi Rota Aud.*, qui ostendere conabatur Donationes etiam ad piam Causam factas subiectas esse Legi anni 1551 generaliter loquenti, si fuerint simplices, & gratuitæ, non autem correspectivæ, & ob causam. *Vid.* videre in *S. Petri in Balneo præt. Relevationis* 25. *Maii* 1782. §. *Poichè rispetto & seqq. cor. Aud. Iosepho Vernaccini*, ubi declaratur non subiecta prædictæ Legi donatio, in qua extat fideicommissi onus cum ratione conservandæ Agnationis. *Vid.* etiam *Montelatici Element. Iur. tom.* 1. *pag.* 158. ubi excipiuntur a prædicta Lege Donationes causa mortis, Donationes remuneratoriæ, Ceminatæ, factæ cum Decreto Iudicis; factæ de Iure quærendo, denique factæ vel Principi, vel a Principe. Loquitur tamen *Montelatici* in terminis etiam Iuris Communis.

(7) *Dicit decis. cor. Aud. Vernaccini §. Imperciocché*. Ad mater. *Vid. decis. in Castrifranci superioris validitatis Donationis* 30. *Sept.* 1790. §. 125. & 126. *cor. Adv. Antonio Bonelli Arbitro*, ubi quod non curata dictæ Insinuationis *deficientia*, valida dicenda est Donatio, si adsit renunciatio cuicumque nullitati, & promissio iurata illam observandi, quamvis iuxta opinionem nostrorum Tribunalium inefficax reputetur generalis renunciatio cum iuramento, sed necessaria sit renunciatio expressa memoratæ insinuationi. *Vid.* etiam *Respons. ad Decision. in Pistorien. præt. Nullitatis Donat.* §. *Quando*, ubi quod Insinuatio non requiritur in Donationibus onerosis, nec quando donatur Ius futurum eventuale, & incertum.

THEORICA BARTOLI

In Leg Ut iurisiurandi 7. §. *Si Liberi sub num.* 5 *ff. de Oper. Libert.*

SI quis Emphyteusim receperit pro se, suisque Filiis *Masculis*, & *Fœminis*, quæritur, an æqualiter admitti debeant ad emphyteusim tam Masculi, quam Fœminæ, an primo Masculi, eisque deficientibus Fœminæ? *Bartolus* quæstionem resolvit ad favorem etiam fœminarum, quas dicit esse æqualiter cum masculis admittendas, nisi Statutum extet, vel Consuetudo

fœminas excludens in concursu masculorum; quo in casu non obstantibus dictionibus *copulativis*, & *coniunctivis*, Masculi præferuntur, & fœminæ non succedunt nisi defectis masculis, perinde ac si fuissent in secundo gradu vocatæ (1) Et hæc *Bartoli* theorica procedit sive de emphyteusi hæreditaria agatur, sive de *pactionata* (2); quinimo ex identitate rationis extenditur a DD. ad testamentarias vocationes, & ad substitutiones fideicommissarias (3).

Ratio autem, cur existente Statuto fœminarum exclusivo, uti est Statutum nostrum *Florentinum rub.* 130. *lib.* 2., succedere prius debeant masculi, ac deinde fœminæ, ea est, quia præsumitur, quod Contrahentes in stipulatione concessionis emphyteuticæ, voluerint ordinem servare, per quem a iure Municipali successio ab intestato defertur (4).

Quæ quidem voluntatis præsumptio omnino cessat, ubi cum fœminis ad emphyteusim vocatis, concurrerent Masculi ex aliis fœminis derivantes; tunc enim admittitur fœminarum successio ad emphyteusim, quum non supersint masculi agnati, quos Statutum voluit fœminis esse præferendos (5).

Quotiescumque igitur vocati *copulative* sint Filii, vel Descendentes masculi, & fœminæ, succedere debent in Emphyteusi, vel Fideicommisso prius Masculi, & eis deficientibus fœminæ, quia Disponentes præsumuntur se voluisse conformare Statuto fœminarum exclusivo. Quod obtinet non solum quando Masculi existunt in eodem gradu, sed etiam si sint in gradu remotiori, *ex. grat.* fœminæ in secundo, masculi autem in tertio gradu, nisi ex verbis dispositionis adpareat vocationem personarum in tertio gradu existentium omnino pendere a secundo gradu (6).

Verum ut Masculi ad exclusionem fœminarum præferantur in successione emphyteutica, necesse est, quod *actualiter* reperiantur in Linea, quæ in emphyteusi successit, non in alia diversa Linea; & quod *realiter* existant intra gradus a Statuto contemplatos, & in quibus iuxta Statuti sanctionem fœminæ a Masculis excluduntur (7).

---

(1) Hanc Theoricam communiter sequuntur DD. inter quos *Fulgin. de Iur Emphyt. tit. de success. in bon. Emphyt. quæst.* 10. *per tot. Brun. da Statut. Foemin. exclus. Art.* 8. *quæst.* 23. *num.* 114. *Gratian.*

discept. forens. cap. 431. *num.* 6. *&* 7. *ibiq. De Luc. num.* 6. *&* 7. *Rot. Rom. cor. Coccin. decis.* 32. *num.* 3. *& seqq. cor. Merlin. dec.* 447. *num.* 19. *&* 20. *& cor. Emerix dec.* 810. *num.* 6. Vid. *Respons. Adv. Iosephi Ciampelli ad Motiv. in Florent. Fideicommissi de Medicis cor. Audd. Urbani, & Calderoni* §. *Et hoc*, ubi plures cumulantur auctoritates.

(2) *Honded. cons.* 13. *num.* 29. *Altograd. cons.* 25. *num.* 11. *lib.* 1. *Rot. cor. Buratt. decis.* 838. *num.* 2. *d. Respons. Adv. Ciampelli* §. *Quod procedit*.

(3) *Fusar. cons.* 162. *num.* 8. & *de substit. quæst.* 379. *num.* 11. *& seqq. & num.* 14. ubi arguit a Contractibus ad ultimas voluntates. *Urceol. consult.* 78. *num.* 19. *&* 20. *Rot. cor. Molin. dec.* 428. *num.* 4. *&* 5.

(4) *Altograd. cons.* 22. *num.* 19. *& cons.* 25 *num.* 15. *lib.* 1. bene *Sanminiat controv.* 84. *num.* 6. *& seqq.* ubi in terminis Statuti Florentini, & *num.* 11. *& seqq.*

(5) *Mantic. de coniect. ult. volunt. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 12. *Altograd. d. cons.* 22. *sub num.* 19. *Sanminiat. d. controv. num.* 14. *&* 15.

(6) Plene in *Figlhinen, Seu Florentina prætensæ Immissionis* 28. *Maii* 1782. *cor. Aud. Ubaldo Maggi Relat.*

(7) *Rot. nostr. in Pistorien. Locationis perpetuæ* 30. *Sept.* 1750. *Art. IV. num.* 50. *&* 51. *cor. Aud. Iosepho Bizzarrini & in Petras n. Ecn. Emphyteusis* 27. *April.* 1772. §. *Nimirum, & seqq. cor. Aud. Petro Brogiani* Coniecturæ evidentes requiruntur pro excludendis fœminis sub vocabulo communi comprehensis *Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 2. *decis* 20. *n.* 113. Et in dubio pro earum comprehensione iudicandum est; *decis.* 38. *num.* 18. *& seqq. tom.* 4.

Quoties a Fœmina vocata æqualiter fuit Linea Masculina, & Fœminina absque ulla speciali Masculorum mentione, vocati censentur etiam Masculi ex

Fœminis; Quæ vocatio argui quoque potest ex verbo generico *Descendentes*. *Decis.* 46. *num.* 21. *&* *seqq.* *tom.* 4.

THEORICA BARTOLI

In Authentica Si quas ruinas num. 4. *Cod. de Sacros. Eccles.*

OPTIME distinguit *Bartolus*, quod si concessio Emphyteusis simpliciter fiat *usque in tertiam generationem*, tunc computanda sit persona primi acquirentis, ideoque Pronepotes in Concessione emphyteutica non comprehendantur; Si vero Emphyteusis concessio fiat *usque in tertiam ipsius*, *vel eorum generationem*, tunc quasi distinguatur generatio a generatione, cum nemo generet se ipsum, primus acquirens non computetur, sed ab ejus filiis prima generatio incipiat, ac propterea pronepotes in emphyteusi comprehendantur. (1) A qua *Bartoli* distinctione non est recedendum; quia eam communiter amplexi sunt Pragmatici, & Tribunalia quoque *Rotæ Romanæ*, ac *Florentinæ* comprobarunt. (2).

Quod si agatur de concessionibus Emphyteuticis factis ab Ecclesiis, Xenodochiis, Orphanotrophiis, Nosocomiis, cæterisque huiusmodi privilegiatis Locis, Emphyteusis regulariter non extenditur ultra Nepotum personas, iuxta *Text. in Novell.* 7. *Collat.* 2. *de non alien. aut permut. reb. Eccles.* §. *Emphyteusis*, *&* §. *Nos igitur*, a qua Iuris Civilis sanctione capienda est interpretatio, quod in similibus concessionibus non voluerint Contrahentes excedere gradum Nepotum, quoties nulla facta sit expressio demonstrativa generationum acquirentis. In dubio namque, & quando inter ipsos Contrahentes diversimode non est conventum, huiusmodi concessiones Emphyteuticæ ab Ecclesiis, aliisque memoratis venerabilibus locis stipulatæ nunquam protrahuntur contra ipsarum indolem, ac privilegia ultra personas Nepotum, prout unanimiter sentiunt ii etiam Iurisperiti, qui in materia *indifferenti* contra *Bartoli* sententiam gradum Pronepotum receperunt (3).

Imperator enim *Iustinianus* in memorata *Novella* 7. dum Emphyteusim concessit usque ad Nepotes, id non solum ab Ecclesiis, sed ab omnibus etiam Venerandis Domibus fieri permisit, ac pro-

pterea Emphyteusis etiam a Loco Pio, aliove venerabili Collegio concessa stricte interpretari debet, nec ultra Nepotum gradum extendenda est, nisi ultra hunc gradum, & etiam in perpetuum ab ejus Præpositis, ac concedentibus expresse tributa fuerit; quod utiqne permissum est exigente Ecclesiarum, aliorumque Piorum Locorum utilitate (4); Et maxime post Leges nostras super *Manibus Mortuis* rogatas, per quas Bona omnia Ecclesiastica ad indolem bonorum *quasi allodialium* redacta sunt; ac propterea non solum ultra Nepotum, vel Pronepotum gradus, sed etiam usque ad Lineæ exitum extendi possunt, firma tamen regula superius allata, quod in dubio, & quando de ulteriori concessione non constat, Emphyteusis coarctanda semper est intra Nepotum gradum secundum regularem indolem ei tributam a Lege Iustinianea, cui Leges nostræ super hoc articulo expresse non derogant. (5)

---

(1) Late *Ciarlin. controv. forens. cap.* 105. *num.* 121. *& seqq. lib.* 1. *Rot. Rom. cor. Ubald. dec.* 338. *num.* 1. *& seqq.* Quando non est facta mentio Generationum, sed Graduum, tunc primus Acquirens non computatur, quia per se solum gradum non facit.

Vid. Miniaten. Emphyteusis de Blagionis 12. *Novembr.* 1686. §. *Nam quidquid & seqq. cor. Iud. Francisco Bertacchi*.

(2) Dict. *Decis.* 338. *cor. Ubald. & in Recent. decis.* 314. *num.* 1. *& seqq. part.* 1. *Palma Nep. decis.* 75 *per tot. & dec.* 136. pariter *per tot. Rot. nostr. in Liburnen. Emphyteusis* 9. *Sept.* 1712. *num.* 1. *& seqq. cor. Aud. Bonaventura Neri Badia inter eius impressas decis.* 29. Emphyteusis ad tres Generationes concessa censetur esse duraturam per 100. annos. *In Thes. Ombrós. dec.* 38. *num.* 42. *tom.* 8.

(3) *De Marin. resolut.* 98. *num.* 2. *Fulgin. de Iur. Emphyt. tit. de Contract. quæst.* 2. *num.* 1. *Pacion. de Locat. cap.* 53. *num.* 148. *Mans. Consultat.* 139. *per tot. Adden. ad Buratt. dec.* 602. *num.* 14. *Rot. cor. Merlin. dec.* 420. *num.* 1. *& seqq. & cor. Emerix decis.* 535. *num.* 1. *& seqq. d. Liburnen. Emphyteusis cor. Neri Badia num.* 3 *& seqq.* ubi reiecto *Altograd. cons.* 12. *num.* 37. *lib.* 2. dicit hoc procedere non solum in Emphyteusi ab Ecclesia concessa, sed etiam in Emphyteusi spectante ab alia Pia Loca, quæ sub aliena existunt administratione.

(4) Dict. *Decis. cor. Neri Badia num.* 5. *&* 6.

(5) Vid. Legem 2. *Martii* 1769. §. 18. & meum Opusculum „ *Dei Livelli di Mano Morta* „ ubi plura habentur super hac materia. Ad hoc ut *Affictus* dici possit perpetuus, ac propterea subiectus *Legi anni* 1769. Allodialitatem inducenti, requiritur quod continuatus fuerit per 40. annos, absque eo quod constet de *Affictu* ad breve tempus; Et quod soluta constanter fuerit pensio annua uniformis, iuxta Theoricam *Baldi in Leg. Male agit Cod. de Præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* Vid. *Pistorien. præt. Affictus perpetui* 12. *Maii* 1796. *cor. Aud. Maggi*, ubi declaratur prædicta *Baldi* Theorica.

THEORICA seu ÆQUITAS BARTOLI

In Leg. I. §. *Permittitur ff. de Aqua Quotid. & Estiv.*

Ductus æquitate *Bartolus* (ipse enim sententiarum veritate , & Iustitiæ cultu pollebat) censuit Renovationem Emphyteusis faciendam esse proximioribus Consanguineis ultimi Emphyteutæ, quotiescumque Dominus bona emphyteutica pro se retinere nolit . Necesse tamen est , quod proximior renovationem petat intra annum , & diem a tempore scientiæ *terminationis* Emphyteusis , eiusque devolutionis ad Dominum directum (1) Et si Dominus intra annum, & diem emphyteusim extraneo concesserit, Actio proximiori competens ex temporaria evadit perpetua, extenditurque ad triginta annorum spatium . (2)

Distinguendum tamen est, quod si emphyteusis finem habuerit ob lapsum temporis suæ durationi constitutum , Renovatio spectat ad actualem Emphyteutam; si vero finita sit ob extinctionem Genera-

tionum in concessione, seu Investitura comprehensarum, Renovatio competit proximiori Consanguineo ultimi Investiti (3). Præferendus tamen est Agnatus, licet remotior, Cognato, quamvis proximiori (4); Ipseque Agnatus remotior præferri debet proximiori, qui sua iura in extraneum fraudulenter alienavit. (5)

Iuxta hanc *Bartoli* Æquitatem Renovatio fieri debet pro Canone, & Laudemio, quod ab Extraneo oblatum est detractis melioramentis. (6)

Sed iuxta Legem a Petro Leopoldo Supremo Duce latam *anno* 1769. super concessionibus emphyteuticis Bonorum ad Manus mortuas spectantium, Renovatio fieri debet pro eodem Canone, & Laudemio, cæterisque Pactis in prima Concessione, seu Investitura stipulatis (7).

Per hanc *Leopoldinam* Legem Bona ab Ecclesiis, aliisque huiusmodi locis in emphyteusim concessa, redacta sunt ad instar bonorum *Allodialium* seu liberorum, quemadmodum iam erant Bona Emphyteutica Mensæ *Florentinæ*, *Pisanæ*, & *Fæsulanæ*; Ac propterea in huiusmodi Emphyteuticis bonis, quæ ab Emphyteuta alienari libere possunt, ius petendæ Renovationis non spectat ad proximiores

Agnatos ultimi Investiti, iuxta memoratam *Bartoli* æquitatem, sed efficitur hæreditarium, & una cum hæreditate testata in hæredem scriptum defertur (8), quamvis agatur de hærede extraneo, & de Emphyteusi, ut inquiunt, *Pactionata*. (9)

Quod si de Emphyteusi nec explicite, nec implicite dispositum fuerit, vel per actum inter vivos, vel per actum ultimæ voluntatis, hoc in casu Ius Renovationis non transit ad Extraneos, sed spectat ad Consanguineos proximiores ultimi Investiti; neque ab his ullo modo potest in Extraneum transferri, quia Renovatio in *Æquitate Bartoli* posita, conceditur in vim Consanguinitatis, quæ qualitas utpote personæ inhærens, quum in aliam personam transferri non possit, pari modo transferri nequit *Renovatio*, quæ eamdem respicit Consanguinitatis qualitatem. (10)

Verum si agatur de Iure Renovationis *coactivæ* ratione melioramentorum debitæ, nonnulli arbitrati sunt illud facilius transire posse in successorem sive universalem, sive singularem ultimi Emphyteutæ mediante venditione, cessione, vel alia eiusdem Emphyteutæ dispositione (11).

Sed ut competere possit Emphyteutæ huiusmodi ius *coactivæ* Renovationis ra-

tione melioramentorum, necesse est probare, quod bona fuerint omnino infructifera tempore primæ Investituræ; quod meliorationes ex industria processerint, & impensa Vocatorum ad emphyteusim; denique quod impensa insignis fuerit, ac magna. (12) Ideoque ad hanc petendam Renovationem *coattivam* bona infructifera dici nequeunt ea, quæ in Pratis, ac Nemoribus consistunt. (13)

Aliae huius generis quæstiones respicientes Renovationem Emphyteusis præsertim Ecclesiasticæ, videri possunt in meo *Opuscolo*, quod pro titulo habet „ *Dei Livelli di Mano morta* „ *Sez. VIII.*

---

(1) *Fulgin. de Iur. Emphyt. de Renovat. quæst.* 1. *num.* 21. *&* *num.* 64. ubi quod Emphyteuta non privatur ipso iure, sed requiritur Sententia privationis, quia multæ defensiones ei competere possunt contra lapsum anni, & diei, *Rot. nostr. in Florent. Emphyteusis* 9. *Aug.* 1791. §. *Laonde cor. Aud. Ignatio Maccioni*, ubi quod sufficit scientia verisimilis. *Petrasancten. Emphyteusis* 29. *Sept.* 1797. §. *Senzache cor. Aud. Ant. Cercignani Relat.*, ubi quod annus non currit, nisi a die scientiæ certæ, ac individuæ proprii Iuris, ac propterea non currit durante lite super pertinentia Emphyteusis ob Emphyteutæ dispositionem.

(2) *Antonell. de Temp. Legal. lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 24. *Rot. Rom. in Rec. decis.* 704. *part.* 4. *tom.* 3. *&* *decis.* 46. *part.* 10. *Rot. nostr. in Florent. Emphyteusis*

7. *April.* 1781. §. 8. *& seqq. cor. Aud. Petro Berti*. Dummodo tamen intra annum, & diem postulata fuerit renovatio, *Pisana praet. Caducitatis* 7. *Febr.* 1777. *cor. Aud. Horatio Fenzi in Thes. Ombros. tom.* 10. *dec.* 44. *num.* 3. *& seqq.*, ubi adducitur ratio.

(3) *Florent. Renovationis Emphyteusis* 9. *Aug.* 1785. §. *Imperciocchè cor. Aud. Io. Benedicto Brichieri Colombi*.

(4) *Pisana, seu Clannen. Bonorum* 25. *Sept.* 1749. *cor. Adv. Ulivelli. Vid. Consultat. D. Iosephi Dieciaiuti in Pistorien. praet. Renovationis in Causa Religione di S. Stefano, e Piccioli*.

(5) *Petrasancten. Emphyteusis* 29. *Sept.* 1797. §. *Ben presto cum seqq. cor. Aud. Cercignani Relat.* Si Proximiores sint plures in eodem gradu omnibus facienda est renovatio pro aequis portionibus, *Fulgin. de Iur. Emphyt. tit. de Renovat. quaest.* 1. *num.* 55. *Marescott. var. resol. cap.* 3 *lib.* 1. *num.* 7. ubi hoc extendit quamvis ex tenore primae Investiturae unus tantum vocetur; Nec debet haberi ratio quod Ecclesiae magis expediat uni locare. *Rot. in Rec. decis.* 107. *num.* 9. *part.* 4. *tom.* 2.

(6) *Honded. cons.* 51. *num.* 59. *Gratian. Discept. forens. cap.* 813 *num.* 37. *Fulgin. loc. cit. num.* 53. *Vid. Laudum Adv. Octavii Landi in Florent. Emphyteusis* 28. *Sept.* 1790. §. *Quanto*, *&* §. *Insisteva*, quod confirmatum fuit ab *Aud. Maccioni in Florentina Emphyteusis* 9. *Aug.* 1791.

(7) *Dict. Laud. Adv. Landi loc. cit. & dict. Florent. Emphyteusis cor. Aud. Maccioni* §. *Imperciocchè*.

(8) *Fanen. Emphyteusis* 13. *Ian.* 1713. §. *ad effectum cor. Aldovrando*, *& Florent. Emphyteusis* 7. *April.* 1781 *per tot. cor. Aud. Berti*.

(9) *Dict. decis. cor. Berti* §. 6. *& seqq.*

(10) Vid. *Votum Aud. Bartholomaei Raffaelli in Pisana, seu Cascinen. Renunciationis, & praet. Reno-*

vationis 1. *Febr.* 1788. *in Causa Santerini*, *e Bartoloni*, quod confirmatum fuit ab *Aud. Thoma Simonelli in ead. Pisana*, *seu Cascinen. Emphyteusis quoad renovationem* 14. *Aug.* 1790. *Art. I.* ubi contrariis respondetur Auctoritatibus, explicanturque Leges nostræ super Manibus Mortuis rogatæ.

(11) *Florentina Emphyteusis* 18. *Ian.* 1771. §. *Non obstante cor. Aud. Ioanne Meoli.* ubi quod in concursu duorum renovationem petentium præferendus est qui fundum melioravit. *Ibid. pag.* 7. Deficiente vero cessione, aliave dispositione Emphyteutæ, renovatio coactiva ratione melioramentorum indubie spectat ad Proximiores consanguineos ultimi Investiti. Vid. *d. Allegat. in Pistorien. præt. Renovationis* §. *E che questa & seqq.*

(12) *Rot. nostra in Florent. seu Pisana Immissionis* 29. *Sept.* 1772. §. 70. *cum seqq. cor. Aud. Cosma Ulivelli.*

(13) *Dict. Decis. cor. Ulivelli* §. 74. *&* 75, ubi etiam habetur, quod in Renovatione Emphyteusis ratione melioramentorum non potest augeri Canon, & Laudemium, quum nunquam solvatur pro Melioramentis, quorum dominium Emphyteuta retinet. *Ibid.* §. 94. Ad mater. *Vid. Pisan. Devolutionis Emphyteusis* 7. *April.* 1725. *cor. Aud. Venturini Relat.* ubi agitur de requisitis pro obtinenda hac Renovatione coactiva. Quoad liquidationem Melioramentorum in dubio præsumitur, quod impensum, & melioratum æqualia sint. Et melior, ac tutior regula est, quod melioramenta æstimentur iuxta fundi meliorati reditum. *Florent. Melioramentorum* 20. *Aug.* 1779. *cor. Aud. Iosepho Vinci*, ubi de melioramentis a conductore factis in Domo locata.

THEORICA, seu *Cautela* BARTOLI

In Leg. Qui fundum 35. *num.* 2. *ff. Locati.*

Ne Conductor, vel Inquilinus expelli possit a singulari successore Locatoris *ex. grat.* ab Emptore, qui ad differentiam Successoris universalis non tenetur stare Locationi, suppeditat *Bartolus* Cautelam, ut in Instrumento Locationis apponatur Clausula, quod Conductor, vel Inquilinus ex nunc incipiat possidere iure Pignoris, vel Hypothecæ. (1)

Sed quæri potest, an ad hunc effectum sufficiat sola generalis hypotheca? Nonnulli hoc affirmant (2) Sed alii id rectius negant; & in nostris Tribunalibus iure ac merito reprobata fuit illorum etiam opinio, qui generalem hypothecam cum Iuramento sufficere existimarunt, ne conductor, vel Inquilinus expelli valeat a singulari successore. (3) Hypotheca enim generalis bonorum Locatoris iuramento etiam roborata, tribuere potest conductori ius retinendi fundum a Locatore ven-

ditum, usquequo sibi resarciantur damna, quæ vere passus est ab alienationem fundi locati ante Locationis finem; non autem efficere potest ut singularis successor teneatur stare locationi per omne tempus, quod inter Locatorem, et Conductorem conventum fuit (4).

Ad impediendam igitur vim, & effectum *Intimationis*, seu *Disdictæ*, quam conductori facere potest Emptor, aliusve successor singularis, non sufficit nec hypotheca generalis bonorum, nec Iuramentum, nec formula „ *da valere*, *e tenere* „ in Instrumento Locationis adiecta; Sed omnino requiritur pactum, & conventio de non alienando fundum locatum, ac specialis super ipso fundo hypotheca; vel saltem requiritur memorata Instrumentalis Formula per extensum apposita, una cum speciali hypotheca (5).

Animadvertant igitur Tabelliones apponere in Instrumento Locationis pactum expressum de non alienando fundum locatum, & insuper specialem super ipso fundo hypothecam, quoties tamen id velint contrahentes, quemadmodum optime declarat *Formularium* nostrum *Florentinum anni* 1705 in quo *pag.* 213. *&* 262. duo exhibentur *Formulæ* Instrumentorum

Locationis, & Conductionis pactum expressum continentes, quod Locator alienare non possit fundum locatum durante Locationis tempore; in prima earum *Formularum* post generalem hypothecam adiungitur hypotheca, seu obligatio specialis fundi locati, advertendo „ibi „*Quod non apponatur obligatio in specie, nisi de expressa voluntate Partium* „ Et in altera Formula, quæ finem habet cum generali hypotheca, dicitur „ ibi „ *Et aliquando subjungitur hypotheca specialis ad obviandum alienationi interea faciendæ* „ (6). Ex quo *Formularii* nostri præcepto satis, superque demonstratur solam generalem hypothecam adiuncto etiam iuramento, nequaquam sufficere posse ad tuendum conductorem, quoties fundi locati contingat alienatio (7).

---

(1) *Alex. cons.* 118. *num.* 20. *lib.* 5. *Barbat. cons.* 36. *num.* 25. *lib.* 2. *Covarruv. variar. resolut. cap.* 15. *num.* 3. *Rot. Rom. in Recent. decis.* 64. *n.* 5. *part.* 7.

(2) *Covarruv. loc. cit. Surd. cons.* 331. *num.* 23. *Rot. Rom. cor Ludovis. decis.* 65. *num.* 3. *&* *in Romana Locationis Domus* 15. *Iun.* 1610. *cor. Ottemburgo.*

(3) *Florent. Disdictæ* 25. *Aug.* 1784. *cor. Aud. Veranccini in Thes. Ombros. tom* 12. *dec.* 58. *num.* 3. *&* *seqq.*; *Florent. seu Castrocaren. præt. Retractus Conven-*

tionalis 16. *April.* 1785. §. *ult. cor. Aud. Simonelli*, in quibus decisionibus declaratur altera Decisio *Aud. Calderoni in Mutilianen. Locationis* 14. *Decembr.* 1717. quæ firmissimum constituit fundamentum in scientia Emptoris, quod res alteri locata sit, quo in casu *Auditor* etiam *Vernaccini in d. decis.* 58. *tom.* 12. *Thes. Ombros.* admittit, quod Emptor, vel alius singularis successor teneatur stare Locationi, quum præsumatur suum consensum eidem locationi præstitisse, & venditorem cum onere locationis fundum alienasse. De cuius tamen conclusionis firmitate dubitari fortasse potest, quia ex scientia præsertim incerta, ac generica Locationis argui nequaquam potest Emptoris renunciatio iuri sibi a Iure Communi concesso, quod nempe stare non teneatur Locationi, postquam rei emptæ effectus est dominus, iuxta *Text. in Leg. Emptorem Cod. de locat. & conduct.*

(4) *Dict. Decis. cor. Aud. Vernaccini num.* 3.

(5) *Rot. nostr. lib. Motiv.* 100. *pag.* 2. *& in d. decis. cor. Aud. Vernaccini loc. cit.* Vid. quæ dixi *in Observat. ad Cur. Flor. part.* 1. *observ.* 127. *ad Leg. Emptorem Cod. de Locat.*

(6) Ead. *Decis. cor. Aud. Vernaccini num.* 4. Notarius non potest ex suo capite aliquid addere iis, quæ expresse conventa fuerunt; potest tamen extendere clausulas cæteratas iuxta *Formularium*, nam censetur rogatus clausulas apponere, quæ de stylo sunt, non autem illas, quæ Contractum alterare, ac immutare possunt. *Menoch. de Arbitr. cas.* 144. *num.* 7. *Alex. cons.* 27. *lib.* 2. *Rot. in Rec. decis.* 240. *n.* 1. *part.* 9. *tom.* 1. *& decis.* 483. *num.* 2. *part.* 14.

(7) Vid. *d. Decis. cor. Vernaccini num.* 4. *vers. poichè*. Si in Contractu non sit expresse prohibita alienatio rei hypothecæ vel speciali, vel generali supposita, valet alienatio; habebit tamen ille, cui res hypothecata fuit, retentionem, & ea uti poterit pro

pœna ,& interesse, quousque suam obtinuerit satisfa-ctionem. *Negusant. de Pign. & Hypoth. part. 2. col. 2. Turzan. comm. opin.* 144.

THEORICA BARTOLI

In Leg. Aurelius 29. §. *Idem num.* 2. *ff. de Liberat. Legat.*

QUONIAM Positionibus simpliciter est respondendum, ideo si fiat responsio cum aliqua conditione, vel qualitate, dubitant Iurisperiti, an possit, necne responsio sine condictione, vel qualitate adiecta acceptari? *Bartolus* docet, quod in connexis confessio acceptari debet cum qualitate adiecta, nisi qualitas habeat contra se præsumptionem Iuris. (1) Ideo si quis fateatur patrasse quidem homicidium, sed ad sui defensionem, confessio potest dividi, & in parte acceptari, in parte reiici, quia illud factum, uti prohibitum, habet contra se præsumptionem Iuris. (2) Pari modo si quis fateatur adversarium habere possessionem, sed vitiosam, & inutilem, potest ejus confessio acceptari, & qualitas reiici, sive, quod idem est, po-

test qualitas a confessione dividi, atque scindi (3).

Iuris vero præsumptione cessante conditio, vel qualitas adiecta dividi, ac separari a confessione non potest, quia ille, qui conditionem, vel qualitatem addidit, potius negare, quam affirmare videtur (4).

Memorata autem Regula, seu Theorica, quod nempe responsio ad *Positiones* integre sit acceptanda absque eo, quod a sua qualitate scindi valeat, neutiquam procedit, quando *Ponens* probare potest contrarium ejus, quod a *Respondente* assertum fuit; hocce enim in casu acceptari potest responsio in ea parte, quæ iuvat, & respui in altera, in qua Positio vel negatur, vel modificatur (5).

Quod si non de Connexis agatur, sed de separatis, ac disiunctis, tunc absque dubio permissum est responsionem scindere, eamque in parte acceptare, & in parte reiicere (6).

Ea autem dici debent separata, ac disiuncta quæ nihil commune habent, nihilque dependent a prima obligatione, & ipsam non modificant, non perimunt, nec tollunt. Ita *ex. grat.* si quis ponat mutuasse centum, & Respondens confiteatur

hanc summam, sed addat se esse creditorem Ponentis ex alia causa, tunc confessio dividitur, & quoad mutuum condemnatio fit, nisi ex allegata alia caussa creditum manifeste, & *incontinenti* probetur (7).

---

(1) Quandonam confessio accipienda sit , necne cum adiecta qualitate, vid. plura *in Pecciolen. Pecuniaria 29. Sept.* 1797. §. 17. *& seqq. cor. Aud. Arrighi*.

(2) *Alex. cons. 99. num. 2. Michalor. de Position. cap. 59. num. 6. & seqq. Adden. ad Buratt. dec. 199. num. 14. Surd. decis. 258. num. 3. & seqq. Rot. cor. Ludovis. decis. 92. num. 8. & in Addit. num. 10.*

(3) *Cravett. cons. 50. num. 5. Michalor. de Posit. loc. cit.*

(4) *Bartol. in Leg. cum de indebito ff. de Probat. Riminald. cons. 127. num. 11. Mans. consultat. 53. num. 59. Surd. d. decis. 258. num.* 6. In Rusticis, & Idiotis faciliùs admittitur *Responsio* qualificata, *Michalor. loc. cit. num. 17. & cap. 35. & 66. Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 68. num.* 119. qui etiam dicunt, quod in Rusticis, Idiotis, & Simplicibus concedenda est copia Positionum, & præsentia Advocati, vel Procuratoris in respondendo.

(5) *Florent. Redditionis rationis* 1. *Octobr.* 1779. §. *Examinata cor. Aud. Alex. Luci*. Negativa responsio non potest a Ponente acceptari pro substinendo contrario iis rebus, vel factis, quæ ab eo fuerunt in Positione confessa, *Pisana Emphyteusis* 28. *Sept.* 1785. §. *Nulla cor. Aud. Vernaccini*.

(6) *Cin. in Leg. 2. quæst. ult. Cod. de Donat. ant. Nupt. Michalor. d. cap. 59. num. 5.*

(7) *Michalor. loc. cit. num. 16. Rot. Ianuen. dec. 114. uum. 3. & dec. 141. num. 2.*

THEORICA BARTOLI

In Leg. Re coniuncti 87. *ff. de Legat.* 3.

QUOTIES agitur de rebus corporalibus, puta Fundo, vel Domo, quæ commodam patiuntur divisionem in partes materiales, *Bartolus* docuit, quod ex sola intellectuali divisione per Disponentem facta neutiquam inducta censeatur disiunctio rei suapte natura scindibilis in partes corporeas, sed imo adhuc verificetur coniunctio realis, ac propterea locum habeat inter vocatos Ius accrescendi, seu non decrescendi tamquam effectus ab illa coniunctione resultans (1).

Secus dicendum est in Iuribus incorporeis, quemadmodum est hæreditas. Huiusmodi enim Iura, quum materiali corpore, ac unitate careant, ideoque in sola ideali coniunctione consistant, per solam etiam idealem divisionem, non minus quam res materialis per physicam, segre-

gantur; ac propterea sequuta ex facto disponentis divisione illius intellectualis unionis, quam habent, impossibile prorsus est, quod vocati ad Iurium incorporeorum portiones ullo modo dicantur re ipsa coniuncti, ac consequenter Ius accrescendi, vel non decrescendi prætendere valeant (2).

Et quamvis non desint, qui sentiant, quod etiam in toto Iure intellectuali, quod materialem divisionem non patitur, non perimatur per divisionem intellectualem realis coniunctio, sed detur ius accrescendi inter vocatos (3) attamen istorum Iurisperitorum sententia locum non habet, quando præsertim agatur non de Institutione, sed de substitutione, & fideicommisso, & verbalis etiam disiunctio concurrat. (4)

Verum istarum difficilium quæstionum resolutio tota pendet a Disponentis voluntate ex contextu dispositionis, coniecturisque desumpta; Et in dubio ea sumenda est interpretatio, quæ Iuris Accrescendi beneficium non excludat. (5)

---

(1) *Altograd. cons.* 103. *num.* 19 148. *& seqq. lib.* 2. *Fusar. de substit. quæst.* 495. *num.* 14. *Peregrin. de fideicomm. art.* 9. *num.* 8. *Rot. Rom. in Rec. decis.*

399. *num.* 10. *part.* 18. *& in Romana Successionis* 21. *Iunii* 1751. §. *Accedit cor. Card. Matthæio*. Ad hanc Theoricam *Vid. Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 5. *decis.* 7. *per tot.* ubi plura de Iure accrescendi inter Legatarios.

(2) *Bellon. de Iur. Accrescend. cap.* 5. *quæst.* 5. *num.* 10. *Torr. var. Iur. quæst. tom.* 2. *part.* 1. *tit.* 12. *quæst.* 23. *num.* 19. *Rot. post. Bonfin. de fideicom. decis.* 72. *num.* 7. *& Rota Senen. cor. De Comitib. dec.* 35. *num.* 36.

(3) Ut in terminis Hæreditatis, & fideicommissi *Gratian. discept. forens. cap.* 533. *num.* 1. *&* 8. *Rot. post. Torr. de Primogen. dec.* 40. *& dec.* 41. *& cor. Cerr. decis.* 646. *num.* 4. *De Comitib. dict. Decis. Senen.* 35. *num.* 37.

(4) *Peregr. de Fid. d. Art.* 9. *num.* 8. *Rot. Rom. cor. Royas dec.* 428. *num.* 10. *De Comitib. loc. cit. Urceol. decis. Flor.* 27. *num.* 4. Ad materiam *Vid. Rot. nostr. in Pisana Substitutionis, & Iuris Accrescendi* 19. *Martii* 1796. *cor. Aud. Ubaldo Maggi Relat.*, ubi quod Ius accrescendi ex voluntate hominis promanans locum habet etiam in progressu fideicommissi inter substitutos, qui cum reali, & verbali coniunctione copulati fuerunt. *Ibid. pag.* 9. *Vid.* etiam *Florent. Fideicommissi* 16. *Sept.* 1797. §. 6. *& seqq. cor. Aud. Simonelli*, ubi, an & quando procedat ius accrescendi stante coniunctione *reali*, vel potius *verbali*; Et *Decis Confirmat.* 25. *Sept.* 1798. *cor. Audd. Bricchieri Colombi, Cercignani, & Maggi* ubi quod Ius Accrescendi ad differentiam Iuris non decrescendi locum habet etiam post quæsitum emolumentum.

(5) *Bellon. de Iur. Accresc. cap.* 10. *quæst.* 19. *sub. num.* 6. *Rot. Rom. in Recent. dec.* 256. *num.* 29. *part.* 16.

THEORICA BARTOLI

In Leg. Si ita scripsero 38. ff. de Condit. & Demonstr.
& BALDI
in Leg. Asse toto 77. ff. de hæred. inst.

ANtiquiores Iuris Interpretes existimabant non valere Testamentum, in quo facta sit institutio hæredis per relationem ad scripturam, quia nomen hæredis, nonnisi audientibus, & intelligentibus testibus, pronunciari posse sibi videbatur. (1)

Sed moderniores Iurisperiti sequendo *Bartoli*, & *Baldi* sententiam communiter admittunt, quod forma testandi per relationem ad schedulam, non modo sit valida, ac subsistens, sed etiam aliquibus in casibus multum prudens, ac laudabilis; quippequæ impedit testibus facilem, & intempestivam auditæ Dispositionis narrationem, & adimit hæredibus, ac Legatariis improbum captandæ mortis votum adversus testatorem. (2) Quinimmo validum, ac firmum existimatum fuit testamentum factum per relationem non mo-

do ad Schedulam a testatore Notario roganti traditam, sed etiam ad Schedulam, quæ aliquo in loco reperitur, & ad Schedulam quoque in futurum exarandam. (3)

Necesse tamen est, quod Schedulæ Identitas plene, ac luculenter demonstretur; & super hac inspectione potius facti, quam iuris, maiores oriri possunt contentiones pro subsistentia, vel insubsistentia huiusmodi testamentariæ dispositionis, quæ *implicita*, seu *mystica* appellari solet.

Ad obtinendam igitur necessariam Schedulæ identitatem spectanda est tum forma a Testatore adhibita in actu traditionis Schedulæ, tum integritas Notarii, cui tradita fuit, tum dignitas loci, in quo fuit deposita, tum qualitas Dispositionis, ac privilegia hæredis instituti, tum manus, qua schedula exarata fuit, tum denique solemnitas, cum qua ad illius aperitionem deventum est. (4)

Sed *Raphael Fulgosius* Placentinus Cautelam tutissimam excogitavit pro Identitate Schedulæ testamentariæ, quæ in eo consistit, ut Notarius *rogitum* extendat, vel in dorso ipsiusmet Schedulæ, vel in alio folio schedulam ipsam sic involvente, & cum eadem ita conglutinato, ut

absque clausuræ, & sigillorum violatione, ac fractura separari non possint. (5)

Et quamvis nonnulli rigidiores Pragmatici requirant etiam in dorso Schedulæ subscriptionem Testatoris, atque Testium, attamen Cautela isthæc potius sophistica, quam necessaria iudicanda est. (6)

Apud nos etiam huiusmodi *practicari* solet *Fulgosii* Cautela in similibus Testamentis mysticis, seu implicitæ Nuncupationis; sed quoniam contra eorum validitatem, & executionem obiici posset Lex Patria *diei* 25. *Novembris* 1746. *sopra le Cedole, e Biglietti*, consultius esse videtur, quod Notarius in huiusmodi Testamentorum receptione declaret, Testatorem omnia facere velle iuxta Legum vigentium sanctionem, & absque ullo *Gabellæ* præjudicio, quodque Schedula minime valeat, priusquam in generali *Florentiæ Archivio*, & in *Officio Gabellarum* rite, recteque exibita fuerit. (7)

---

(1) Hos inter fuit *Arretinus in Leg. heredes palam num.* 1. *de testam. & Iason. in Leg. Hac consultissima* 2[1]. *num.* 1. *& seqq.* Vid. *Gratian. discept. forens. cap.* 973. *num.* 1. *& seqq.*

(2) Ut bene advertunt *De Luc. de testam. disc.* 2. *sub num.* 8. *Crass. in* §. *Testamentum quæst.* 16.

num. 10. *Altograd. Iun. controv.* 50. *num.* 14. *Polit. de Success. dissert.* 8. *num.* 5. *&* 6. late *Escann. de Testam. cap.* 18. *num.* 18. *& per tot.* Vid. *Montelatici Element. Iur. tom.* 1. *pag.* 183. *& seqq.* ubi etiam formulam exponit huiusce Testamenti.

(3) Idem enim esse videtur hæredis nomen labiis exprimere, vel per relationem ad schedulam nuncupare; Et quamvis Nominatio hæredis de forma videatur Testamenti, modus tamen Nominationis non est de forma; Unde sufficit quocumque modo hæredem nominare, dum certo constet de ipsius persona, *Leg.* 2. *ff. de lib. & Posth. Leg. Nominatim ff. de Manumiss. Testam. Escann. de Testam. loc. cit. Mans. consult.* 506. *num.* 20. *Marz. Med. Exam.* 58. *& decis.* 96. *&* 97. *Rot. in Rec. decis.* 180. *num.* 10. *part.* 11. *Montelatici loc. cit. pag.* 184.

(4) *Polit. de Success. dissert.* 8. *num.* 5. *& seqq. Escann. loc. cit. num* 26. *& seqq.*, ubi quod de Identitate schedulæ constare dicitur, quando per Notarium a tergo Schedulæ appositum fuit tempus, & nomina testium, & rogitum; vel quando Scriptura a duobus testibus fide dignis subscripta, vel signata fuit, & in Indicio recognita; vel quando legitimis coniecturis identitas, & certitudo demonstratur. Dubium tamen est, an per comparationem literarum identitas Scripturæ probari possit. *Ibid. num.* 30. *& seqq.*

(5) *Clar.* §. *Testamentum quæst.* 4. *Altograd. Iun. controv.* 50. *num.* 31. *De Luc. loc. cit. disc.* 2. *num.* 6. *&* 8. *Torr. var. quæst* 2. *num.* 12. *Polit. de Success. d. dissert.* 8. *num.* 12. *&* 13. *Adden. ad Buratt. dec.* 475. *sub num.* 21.

(6) *De Luc. de Testam. loc. cit. num.* 8. *Rot. Rom. in Recent. decis.* 362. *part.* 11.

(7) Vid. *Montelatici Element. Iur. Civil. tom.* 1. *pag.* 184. §. *Verum*, & meas *Observat. ad Cur. Flo-*

rent. part. 2. *observ.* 149. *pag.* 10. De solemnitatibus, seu Cautelis adhibendis in extractione *Copiæ* Testamenti a *Prothocollo* tam vivente, quam mortuo Notario, *Vid. Motivum, & Contramotivum in Florent. Prædii* 30. *Iun.* 1696. *cor. Aud. Alex. Belluzzi*. Notarius non potest vivo Testatore *copiam* Testamenti alteri dare, quam ipsi testatori; quamvis testator evaserit Mentecaptus, quia mors naturalis expectanda est. Mortuo autem Testatore cuicumque dari potest *Copia* Testamenti dummodo de Morte constet, & de solutione *taxæ* all' *Opera di S. Maria del Fiore*. *Vid. Montelatici d. tom.* 1. *pag.* 191. ubi etiam de *notitia* danda *Officio Gabellarum*.

THEORICA BARTOLI

In Leg. Peto 71. *ff. de Legat.* 2.

INDICAT Bartolus in hac Lege regulam, seu normam pro supplenda imperfecta, seu defectiva Fideicommittentis dispositione; ad quem effectum tres ponit, resolvitque casus. *Primus* est, quando Dispositio deficit quoad personam Gravati, & tunc gravatus intelligitur Hæres in testamento scriptus; *Secundus* casus est, quando Dispositio deficit circa personam substituti, & tunc substitutus censetur Gravati Cohæres. *Tertius* denique casus

est, quando dispositio deficit ob deficientiam Cohæredis Instituti, & tunc gravamen iniunctum censetur ad favorem Hæredis ab intestato ipsius hæredis Gravati. (1)

Quum autem isthæc *Bartoli* Theorica communiter in Foro recepta (2) procedat, ubicumque Fideicommittentis dispositio manca sit, & imperfecta quoad expressionem Personæ vel Gravati, vel Substituti, vel Cohæredis Instituti; ideo patet, quod si expressæ fuerint, & nominatæ huiusmodi Personæ, locum sibi vindicare nequeat memorata *Bartoli* Theorica; Ac propterea, ubi non deficit substitutorum designatio, sed certa est, & expressa vocatio eorumdem substitutorum, extranea prorsus, & inapplicabilis iudicanda est regula, ac norma a *Bartolo* tradita pro supplenda imperfecta Fideicommittentis dispositione (3)

In vim igitur huiusce Theoricæ inductum censeri debet fideicommissum reciprocum personale, quoties apparet Testatorem voluisse restitutionis gravamen inter plures æqualiter, ac simultanee vocatos; Si ergo Testator iusserit, quod bona sua coniunctim perfruantur a tribus suis Nepotibus, quibus vetita fuerit eorum-

dem bonorum alienatio, utique censendum est institutum fuisse inter eosdem Nepotes fideicommissum reciprocum de persona ad personam, ac propterea deficiente uno, vel duobus ex dictis tribus Nepotibus, bona ad superstitem spectare debere, priusquam ad Filios, & descendentes uniuscuiusque Nepotis devolvantur, quamvis ipsi etiam sint ad fideicommissum vocati. (4)

Pari modo inductum intelligi debet fideicommissi vinculum inter primos hæredes, qui invicem substituti sint *vulgariter*, *pupillariter*, *&* *per fideicommissum*; (5) Dummodo tamen ex voluntate Testatoris clare desumatur hocce vinculum reciprocæ substitutionis fideicommissariæ, cum prædicta verba intelligi etiam possint de fideicommisso simpliciter *Activo*, non autem *Passivo*, sive, ut nostri inquiunt, *restitutorio*. (6) Quod maxime dicendum est inspectis Etruriæ nostræ Constitutionibus, quæ oneri fideicommissariæ restitutionis, quoties evidens non sit, omnino adversantur. (7); quæque semper ante oculos haberi debent, ubi agitur de supplenda in quæstionibus fideicommissariis imperfecta Disponentis voluntate.

(1) Super hac Theorica *Vid. Pisan. præt. Substitutionis Reciprocæ* 22. *Februar.* 1794. §. 35 *& seqq. cor Arbitris Aud. Raù, & Advv. Poschi, & Magnani Relat.* quæ tamen Decisio revocata fuit a *Rota in Pisana Substitutionis, & Iuris accrescendi* 29. *Mart.* 1796. *cor. Audd. Cercignani, & Maggi*, & iterum ab ead *Rota in Pisana fideicommissi de Bercis* 30. *Septem.* 1797. *cor. Aud. Raffaelli Relat.*, ubi pariter de hac Theorica pertractatur.

(2) Dict. *Pisana fideicomm. de Bercis cor. Aud. Raffaelli* §. 4.

(3) Dict. *Pisana præt. Substitutionis Reciprocæ cor. Adv. Magnani Relat.* § 34. *& per tot.*

(4) Vid. memorat. *decis. Aud. Raffaelli* §. 2. *& seqq.*

(5) *Bertocchin. Vot. Decis.* 78. *per. tot.*

(6) *Florent. fideicommissi de Altovitis* 4. *April.* 1780. *per tot. cor. Aud. Raffelli* quæ confirmata fuit a *Rota*.

(7) Vid. Leges *anni* 1747. *&* 1761. & ead *Decis. cor. Raffaelli in Flor. fid. de Altovitis*. Bona comprehensa in Institutione universali non remanent comprehensa in Substitutione fideicommissaria, quoties Lex aliqua huic comprehensioni resistat, uti est memorata Lex anni 1747., quæ prohibet subiicere fideicommisso bona Mobilia eo. *Vid. decis. in Romana, seu Piscien. validitatis Testamenti* 29. *Sept.* 1772. §. *Per sostenere & seqq. cor. Canc. Petro Mansilli*. Vid. etiam *Pistorien. fideicommissi* 19. *Aug.* 1783. §. 7. *cor. Aud. Raffaelli*.

THEORICA BARTOLI

In Leg. Paterfilium 36. §. *Fundum ff. de Legat.* 3.

EGregie Bartolus in hac Lege perpendit, quod si Testator verba protulerit per modum rationis, tunc ista ratio novam dispositionem inducere potest; Ex qua *Bartoli* sententia inferunt Pragmatici, quod votum conservandi bona in familia, si dominetur de per se, & in modum absolutum, atque independentem, novum inducere potest fideicommissum, vel praecedens extendere ad novas personas, novosque casus (1).

Si ergo Testator dixerit „ *Istituo Filios meos, eosque invicem substituo, si decesserint sine filiis; Item volo, quod bona non possint alienari extra familiam, quia intendo, quod in ea perpetuo conserventur* „ hocce in casu, quia perpetua conservatio bonorum in familia effectum habere non posset, si prohibitio alienationis ad filios invicem substitutos dumtaxat restringeretur, huiusmo-

di prohibitio *vestita* ratione conservationis bonorum in familia, inferre potest novum, ac distinctum fideicommissum *restitutorium* ad favorem Filiorum in conditione positorum, aliorumve Descendentium in familia comprehensorum; alioqui voluntas testatoris prorsus vacua, & inanis remaneret (2).

In ea igitur quæstione, quæ sæpe sæpius exagitari solet, an prohibitio Alienationis addita ratione, ut bona in familia conserventur, apta sit, necne ad novum, ac independens fideicommissum efformandum, ita distinguunt communiter Iurisperiti.

Aut prohibitio Alienationis *stat, de per se*, & coniuncta est cum *ratione dispositiva*, adeout sine ulla efficacia, & utilitate remaneret, nisi per eam novum, ac independens fideicommissum induceretur, & tunc huiusmodi prohibitio valet, extendere præcedens fideicommissum, & novum etiam construere, iuxta hanc, de qua agimus, *Bartoli* Theoricam.

Aut vero prohibitio alienationis *consequutiva* est, & *famulativa* præcedenti fideicommisso, eique conspicitur a testatore relata, & tunc quibuscumque verbis concepta fuerit, & quacumque roborata

sit conservationis bonorum ratione, non est apta ad præcedens fideicommissum extendendum, vel ad novum, ac distinctum efformandum, iuxta alteram Theoricam *Decii cons.* 636. *lib.* 2. de qua inferius agemus.

Neque memoratæ *Bartoli* Sententiæ, ex qua novum fideicommissi vinculum inducitur, vel inductum protrahitur, adversari potest Lex nostra edita *anno* 1747., quæ omnia fideicommissa reiicit coniecturis, & præsumptionibus innixa; Fideicommissum enim, quod ex prædicta prohibitione Alienationis, ac voto conservationis bonorum resultat, non in coniecturis fundatum est, sed in aperta testamenti litera, perspicuaque testatoris voluntate, quam Leges omnes servari, ac venerari iubent (3).

---

(1) *Politi de fideicomm. quæst.* 21. *num.* 11. *&* *quæst.* 22. *n.* 14. *tom.* 2. *Tirati de fideicomm. quæst.* 14. *n.* 117. *& plur. seqq.* ubi plene de hac Theorica.

(2) *Fusar. de Substit. quæst.* 684. *per tot.* & signanter *num.* 14. *&* 19. *Bonfin. de Iur. fid. disput.* 26. *num.* 2. *& seqq. Rot. nostr. in Petrasanclen. fideicommissi de Masinis* 1. *Iulii* 1771. §. *Verum cor. Aud. Ioanne Meoli Relat.* & in Confirmatoria 29. *Ian.* 1773. §. 19. *& per tot. cor. Aud. Horatio Cattani Relat.* In quacumque licet effrænata alienandi prohibitione, non comprehenditur simplex commoditas percipiendi fructus, nisi de ea expressa mentio facta fuerit, in-

xta *Theoricam Bartoli in Leg. Is qui §. Ususfructus ff. de Pignor.* Vid. *Montis Politiani Renunciationis 30. April.* 1773. §. *Etenim cor. Aud. Ulivelli.*

(s) Vid. dict. *Petrasancten. fideicomm. de Masinis cor. Aud. Cattani §. ult.*

THEORICA BARTOLI

In Leg. Centurio 15. *num.* 10. *ff. de vulg. & pupill. Substit.*

Ait Bartolus in hac Lege, quod substitutio *compendiosa* ea est, quæ sub compendio verborum plures continet substitutiones, seu quæ sub conditione mortis plura tempora complectitur. Ubi igitur facta fuerit mentio mortis indefinite, *ex. grat.* Si Testator dixerit „ *Si hæres decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus* „ Substitutio *compendiosa* judicanda erit, etiamsi verbum *Quandocumque* adiectum non fuerit (1).

Quum igitur substitutio *compendiosa* plures substitutiones, seu plura tempora complectatur, hinc est, quod continet substitutionem *vulgarem* in casu, quo Hæres decedat ante Testatorem, vel ante aditam ejus hæreditatem; & substitutionem

fideicommissariam in casu, quo hæres decedat post testatorem, vel posteaquam suam hæreditatem acceptavit. Nil enim implicat, quod *compendiosa* plures continens substitutiones, pluresque casus respiciens, diverso iure iuxta casuum contingentiam censeatur (2).

Quumque substitutio *compendiosa* inducatur, quando expresse facta est mentio mortis hæredis instituti, ideo si deficiente mentione mortis adhibita sint a Testatore verba, quæ quamvis illud tempus importare valeant, verificari recte possint in substitutione *vulgari*, tunc sola *vulgaris* substitutio, non autem *compendiosa* inducta censeri debet: Quæ quidem interpretatio in nostris Tribunalibus amplectenda omnino est, quum Leges *anni* 1747. *&* 1751. aliæque posteriores advertentur substitutioni fideicommissariæ in *Compendiosa* contentæ, quoties ea non sit evidens, ac perspicua; idque in utilitatem publici Commercii ex bonorum libertate promanantis. (3)

Quid si substitutio hæredi facta fuerit hisce verbis „ *In caso*, *che muoia senza figliuoli* „ an intelligenda sit, ut contineat solam *vulgarem*, vel etiam *fideicommissariam*, ac propterea iudicari de-

beat subiecta nullitati præscriptæ a memoratis nostris Legibus super re fideicommissaria rogatis? Questio resolvenda videtur pro simplici substitutione vulgari, quia in dubio pro validitate dispositionis iudicandum est, & quia substitutio indefinite concepta sub conditione mortis ad solam vulgarem substitutionem coarctari debet, præsertim si ex Testamenti verbis appareat testatorem unice respexisse ad casum, quo conditio, vel ante suam mortem, vel ante suæ hæreditatis aditionem impleretur. (4)

Sub hac compendiosa substitutione continetur etiam substitutio illa quæ *Vulgaris Anomala*, seu *Vulgaris in fideicommisso* nuncupatur, quæque efficit, ut posterius vocati subintrent in locum prædefunctorum; Quæ quidem subingressio in locum caducati gradus procedit etiam quamvis substitutio nominatim facta fuerit ultimo morienti, si agatur de Compendiosa verbis communibus, & sub indefinita mentione mortis concepta. (5) Sed de hac subingressionis materia pertractabimus in sequenti *Bartoli* Theorica in *Leg. Quandiu ff. de acq. hæred* & in Theorica *Soccini in Leg. Solemus ff. de Condit. & Demonstr.*, ubi plures vi-

deri poterunt nostrorum Tribunalium Resolutiones.

---

(1) *Odd. de Substit. compend. part.* 4. *art.* 3. *in fin. Fusar. de Substit. quæst.* 25. *num.* 10 *Montelatici Elem. Iur. Civil. tom.* 1. *pag.* 221. ubi, an substitutus habeat facultatem eligendi ex qua substitutione velit succedere. *Surd. decis.* 27. *num.* 8 *Rot. nostr. in Pistorien. fideicommissi* 28. *Maii* 1782. *pag.* 2. *& seqq. cor. Aud. Morelli Relat.*

(2) *Cravett. cons.* 22. *num.* 7. *& cons.* 131. *num.* 10. *Rot. nostr. in Thes. Ombr. tom.* 11. *decis.* 22. *n.* 20. *De Comitib. ad mater fideicomm. decis.* 3. *num.* 6. Continet etiam Substitutionem pupillarem expressam, & uti talis comprehendit universum Filii patrimonium sive Mater existat in medio, sive non. *Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 11. *d. dec.* 22. *num.* 1. *& seqq.* ubi an, & quando *Compendiosa* contineat, necne Substitutionem pupillarem.

(3) *Pisana Emphyteusis, & fideicommissi* 29. *Septem.* 1789. §. *Ma non & seqq. cor. Aud. Ignatio Maccioni Relat.*, ubi de verbis directis „ *Instituì, e nominò dopo di lui*„. Et ubi, quod non obstat clausula „ *in infinito*„

(4) *Petrasanflen. Testamenti* 21. *Mart.* 1777. §. *Ristringevasi & seqq. cor. Audd. Morelli. & Buratti Relat.* Vid. alia *Motiva, & Contramotiva in eadem Causa*, ubi late discutitur Quæstio isthæc, & examinantur plura Principis Rescripta. „ Qui Substitutus fuit præcedenti honorato, qui substitutus erat & *vulgariter*, & *per fideicommissum*, censeri debet in duobus hisce casibus æqualiter ipse etiam Substitutus, iuxta *Text. in Leg. Si filius* 27. *& in Leg. Cohærèdes* 41. *ff. de Vulg. & pupill. subst.* Vid. *Florent. seu Laterinen. Fideicommissorum, & Reivindicationis*

30. *Septem.* 1796. §. *Ma finalmente cor. Aud. Brichieri Colombi Relat.*

(5) *Florent. fideicommissi della Nave* 18. *Mart.* 1667. §. *Neque minus lib. Mot.* 126. *pag.* 557. Vid. *Florent. Manutentionis* 20. *Aug.* 1751. §. *ult. cor Canc. Ant. Maria Montordi*, ubi de Substitutione „ *Ai quali morti, come sopra.* „

THEORICA BARTOLI

In ead. Leg Centurio 15. *num.* 38. *ff. de Vulg. & pupill subst.*

QUOTIES pupillaris substitutio non est simplex, sed coniuncta cum aliis substitutionum speciebus, *ex. grat.* cum substitutione vulgari, fideicommissaria, reciproca, compendiosa, dicit *Bartolus* in hac *Lege*, quod est in electione substituti agere ex substitutione sibi magis utili, & proficua. Ideo si Testator substituerit cum hac formula „ *Vulgariter pupillariter, reciproce, compendiose, & per fideicommissum* „ censetur tributa substituto electio succedendi ex qua maluerit substitutione, & sic omissa *ex grat.* substitutione pupillari, venire potest ex substitutione fideicommissaria. (1)

Huic *Bartoli* theoricæ adversatur altera Theorica *Imolæ in ead. Leg Centurio num. 32. & in Leg Latinus largus* 85. *ff de Legat.* 2., quæ denegat substituto hanc electionem, constituitque præsumendum esse testatorem voluisse substituto providere secundum casuum *contingentiam*, nimirum, quod si hæres institutus nolit hæreditatem adire, locus sit vulgari substitutioni; si vero adeat, & decedat in pupillari ætate, substitutus succedat per pupillarem; si denique institutus adeat, & post pubertatem decedat, fiat locus substitutioni fideicommissariæ. (2)

Sed istam inter *Bartolum*, & *Imolam*, eorumque sectatores contentionem ita conciliant Pragmatici, quod nempe opinio *Bartoli* procedat, ubi simpliciter, & sub involucro verborum exposita habeatur memorata formula „ *Vulgariter*, *pupillariter*, *& per Fideicommissum &c.* „ nulla alibi facta mentione pupillaris ætatis; vel ubi dispositio appareat restricta ad testatoris hæreditatem; vel ubi adessent plures Instituti, inter quos ob ætatis disparitatem non posset locum habere pupillaris substitutio; vel tandem ubi Causa per substitutum ageretur adversus matrem Pupilli petentem legitimam in bonis Filii sibi debitam. (3)

Opinio vero *Imolæ* procedat, si concurrant circumstantiæ præmissis oppositæ, ac præsertim illa, quod cesset Matris concursus, atque favor. (4)

Verum in hac definienda controversia inspici a nobis, ac ponderari debent Leges *anni* 1747. 1751 *&* 1789. de re fideicommissaria loquentes, quæ substitutioni fideicommissariæ ita adversantur, ut pluries decisum fuerit in nostris Tribunalibus substitutionem conceptam cum memorata formula „ *vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum* „ solam comprehendere posse substitutionem *vulgarem*, non autem *fideicommissariam*, sive fideicommissum, ut aiunt, *Activum*, non autem *Passivum*, atque *restitutorium*. (5)

---

(1) *Menoch. de Præsumpt lib.* 4. *præsumpt.* 63. *num.* 1. *&* *seqq. Polit. de fideicomm. Dissert.* 3. *num.* 18. *&* 19. *tom* 1. *Mans. Consult.* 169. *num.* 3 *tom.* 2. Pluribus a Patre hæredibus collective institutis, iisdemque filio pupillariter substitutis, & alio in substitutione pupillari adjecto, duo primi capiunt dimidiam, tertius aliam dimidiam, nisi respectu primorum hæredum extet dictio *Quisquis*. Vid. *Rot. nostr. in Thes. Ombr. tom.* 5. *decis.* 7. *num.* 40. *&* 41. ubi adducitur ratio.

(2) *Menoch. de Præsumpt. loc. cit. & cons.* 302. *num.* 34. *&* *seqq. lib.* 4. *Polit. loc. cit. num.* 20.

(3) *Merlin. de Legitim. lib. 3. tit. 2. quaest.* 14. *n.* 14. & *seqq. Mans Consult.* 158. 159 & 161. *tom.* 2. & *Consult.* 327. *num.* 8. 28. 29. & 48 *lib.* 4. *Polit. ub supr. num.* 21. & *seqq. Rot. Romae in Rec. decis.* 147. *part.* 9. *tom.* 1.

(4) *Menoch. d. praesumpt.* 63. *num.* 13. *Torr. de Succession. in Primogenit. part.* 2. *quaest.* 9. *num.* 13. *Polit. loc. cit. num.* 25. & *seqq.*

(5) *Florent. praetensi fideicommissi de Altovitis* 4. *April.* 1780. *per tot. cor. Aud. Raffaelli*, quae a *Rota* confirmata fuit.

THEORICA BARTOLI

In Leg. Quandiu 68. *ff. de acq. haered.*

JUXTA percelebrem hanc *Bartoli* Theoricam perempto primo, vel ulteriori gradu substitutionum, ex eo quod primus vocatus vel nolit, vel non possit haereditatem adire, intrat subsequens gradus in eodem gradu perempto, perinde ac si fuisset immediate substitutus gradui caducato; Et hoc in vim illius substitutionis sub *Compendiosa* contentae, quae *Vulgaris Anomala* nuncupatur, quaeque in fideicommissariis successionibus efficit, ut gradus sequentes in locum gradus caducati subingrediantur (1).

Hæc igitur substitutio *Vulgaris Anomala* quum operetur, efficiatque subingressionem, sive ascensum de gradu posteriori ad gradum antecedentem, necessario exigit pluralitatem graduum, quodque fideicommissum sit perpetuum, ac progressivum de uno in alium gradum personarum, ita quod per caducationem unius gradus locus sequenti aperiatur. (2) Vocatio namque Descendentium per nomina *collectiva*, nisi facta sit in fideicommisso, & per viam progressivæ substitutionis, prædictum subingressionis effectum minime operatur, quum eo casu per solam vulgarem, non per fideicommissariam Descendentes vocati intelligantur, juxta Theoricam *Cumani in Leg. Cum ita ff. de Legat.* 2. de qua suo loco disseremus (3).

Quumque virtus *vulgaris Anomalæ* ea sit, ut remotior *subintrando* in gradum caducatum, illum repleat tamquam vacuum, non vero ut eum repræsentet tamquam integrum, & nondum peremptum, ideo sequitur, ut substitutio hæc nullo indigeat repræsentationis auxilio (4).

Insuper quum *vulgaris Anomala* hoc operetur, ut sequens in gradu obtineat eam hæreditatis portionem, quæ debita

ff. de constit. pecun. determinat locum solutionis a Debitore faciendæ. *I.* 123.

Theorica *Bartoli in Leg. Paulus* 99. *ff. de solut.* distinguit mutationem pecuniæ in suo *intrinseco*, & *extrinseco* valore, ad effectum adimplendæ solutionis. *I.* 126.

Theorica *Bartoli in Leg. Vinum num.* 4. *ff. si cert. pet.* An attendi debeat pretium rei de tempore obligationis, vel solutionis? *I.* 128.

Theorica *Bartoli in Leg. Contra, ibiq. gloss. ff. de Legib. & SCtis*, quod solutio non liberet debitorem, qui scientiam habuit reprobationis, vel diminutionis pecuniæ. *I.* 129.

Theorica *Bartoli in Leg. Si quis stipulatus* 57. *ff. de solut. & liberat.* An res in stipulationem deducta, sit *in obligatione*, vel *solutione*, seu stet *taxative*, vel *demonstrative*. *I.* 132.

Theorica *Bartoli in Leg. Qui Romæ* 122. §. *Flavius ff. de verb. oblig.* Quod primis contrahentibus liceat revocare mo-

dos, ac conditiones in favorem absentis, vel nondum viventis adiectas. *I.* 136.

Theorica *Bartoli in Leg. Titium* 48. §. *Altero ff. de Adm. Tut. & in Leg. Si Patruus* 4. *Cod. utriusq. Iudic.* Versatur circa Societatem *Lucri*, & *Quaestus*. *I.* 140.

Theorica *Bartoli in Leg. Cum proponas* 2. *Cod. Pro Soc.* Quod solutio præsumatur facta de *propria*, non de *communi* pecunia, si deficiat in Istrumento expressa declaratio. *I.* 146.

Theorica *Bartoli in Leg. Solutum* 21. §. *solutam in fin. ff. de Pignor. Act.* Res obligata pro uno debito potest a creditore pro alio debito retineri. *I.* 149.

Theorica *Bartoli in Leg. Cotem* 11. §. *Qui maximos ff. de Public. & Vectig.* Læsio desumitur etiam a futuro eventu, quoties agitur de Contractibus tractum successivum habentibus. *I.* 152.

Theorica *Bartoli in Leg. Societatem* 77. §. *Arbitrorum num.* 25 *ff. Pro Soc.* In Contractibus cum Fisco initis læsio

enormis reputatur in sexta parte. *I.* 158.

Theorica *Bartoli in Leg. Quoties* 67. *ff. ad Leg. falcid.* An valeat absque *Insinuatione* Donatio, quæ excedit quingentos aureos, sed detracta *Gabella* eos non excedit? *I.* 161.

Theorica *Bartoli in Leg. Ut iurisiurandi* 7. § *Si Liberi sub n.* 5. *ff. de oper. Libert.* An Fœminæ æqualiter cum Masculis admitti debeant ad emphyteusim, aliasque successiones? *I.* 165.

Theorica *Bartoli in Auth. Si quas ruinas num.* 4. *Cod. de Sacros. Eccles.* An in Concessionibus Emphyteuticis computanda sit persona primi Acquirentis? *I.* 169.

Theorica, *seu* Æquitas *Bartoli in Leg.* 1. §. *Permittitur ff. de Aq. pluv. arcend.* Quoad renovationem Emphyteusis faciendam Consanguineis ultimi Emphyteutæ. *I.* 173.

Theorica, *seu* Cautela *Bartoli in Leg. Qui fundum* 35. *n.* 2. *ff. Locati*, ne Conductor, vel Inquilinus expelli possit a

O 2

singulari successore Locatoris. *I.* 179.

Theorica *Bartoli in Leg. Aurelius* 29. §. *Idem n.* 2. *ff. de Liberat. leg.* An qualitas adiecta dividi a confessioue possit? Et quid in responsionibus ad *Positiones*. *I.* 183.

Theorica *Bartoli in Leg re coniuncti* 87. *ff. de Legat.* 3. agit de coniunctione, vel disiunctione rei, quæ resultat ex divisione *intellectuali* per Disponentem facta; & de Iure Accrescendi, vel non decrescendi inter vocatos. *I.* 186.

Theorica *Bartoli in Leg. Si ita scripsero* 38. *ff de Condit. & Demonstr.* Valida est forma testandi per relationem ad *Schedulam*. *I.* 189.

Theorica *Bartoli in Leg. Peto* 71. *ff. de Legat.* 2. Præscribit regulam, seu normam pro supplenda imperfecta fideicommittentis dispositione. *I.* 193.

Theorica *Bartoli in Leg. Post Dotem* 41. *n.* 27. *Cod. sol. matrim.* Quandonam Dos censeatur a Patre libere data Filiis? *II.* 39.

Theorica *Bartoli in Leg. Pater filium 36. §. Fundum ff. de Legat.* 3. Si Testator verba proferat *per modum rationis*, ista ratio novam dispositionem inducere potest. *I.* 197.

Theorica *Bartoli in Leg. Is, qui §. Ususfructus ff. de Pignor.* Sub quacumque, licet amplissima, alienationis proibitione non comprehenditur commoditas percipiendi fructus. *I.* 199.

Theorica *Bartoli in Leg. Centurio* 15. *n.* 10. *ff. de vulg. et Pupill. substit.* versatur circa substitutionem *Compendiosam* plures continentem substitutiones. *I.* 200.

Theorica *Bartoli in ead. Leg. Centurio* 15. *n.* 38. *ff de vulg. et Pupill. subst.* Quoties Pupillaris substitutio coniuncta fuit cum aliis substitutionum speciebus in electione substituti est, agere ex substitutione sibi utiliori. *I.* 204.

Theorica *Bartoli in Leg. Quandiu* 68. *ff. de acquir haered.* Agit de substitutione *vulgari Anomala* sub *compendiosa* contenta, quæ efficit, ut perem-

pto primo, vel ulteriori gradu substitutionum, intret subsequens gradus in eodem gradu perempto. *I.* 207.

Theorica *Bartoli in Leg. Cum Avus* 101. *n.* 4. *ff. de Condit. & Demonstr.* Si Testator posuit in conditione *Filios masculos* intelligitur voluisse tollere conditionem a dicta *Leg Cum Avus*, *subintellectam* favore fœminarum. *I.* 51.

Theorica *Bartoli in Leg. Pater filium n.* 14. *ff. de inoffic. testam.* Agit de Legitima Matri debita in bonis Filiæ, quæ maritum hæredem instituit. *I.* 236.

Theorica *Bellaperticæ in Leg. Iubemus* 6. *Cod. ad SC. Trebell.* Quod Nepotes ex filio præmortuo non teneantur fructus in Trebellianicam imputare. *I.* 212.

Theorica, *seu* Consuetudo *Bulgari*; Quod Legatum Ususfructus Uxori relictum ad sola alimenta restringatur. *I.* 217.

Theorica *Bulgari*, *&* *Martini;* Nunquid Iuramentum firmet contractum contra Legis prohibitionem celebratum? *I.* 226.

Theorica *Bulgari*, *&* *Martini in Leg. Dos a Patre Cod. Solut. Matrim.* Dos a Patre profecta an ad Patrem revertatur soluto per mortem filiæ matrimonio, & existentibus ex eo matrimonio Liberis? *I.* 230.

Theorica *Butrigarii inter suas Quæst.* Legitima Matri debita in bonis Filiæ Maritum hæredem instituentis, quanta esse debeat? Ubi plura etiam de Statutis fœminas a successione excludentibus. *I.* 236.

Theorica desumpta ex *Responsis IC. Caii in Leg. Utrum* 8. §. *Cum quidam ff. de Reb. dub. & Papiniani in Leg. Unum ex familia* 67. §. *Si de falcidia ff. de Legat.* 2. Ponit distinctionem inter facultatem nominandi personam *incertam* de genere pariter *incerto*, & facultatem nominandi personam *incertam* de genere *certo*. Et quinam sint huiusce diversæ facultatis effectus? *I.* 244.

Theorica *Calderini cons.* 4. *de Iure patronat.* In ultimo ex vocatis Iuspatronatus *gentilitium* fit *haereditarium*. *I.* 20.

Theorica *Cantuccii Decis.* 125. *part.* 2. *Divers. num.* 2. *&* *seq.* exponit regulam, quod in Contractibus *Masculinum* non concipiat *Fœmininum* *I.* 249.

Theorica *Castrensis in Leg. Titia centum* 70. §. *Titio genero ff. de Condit. & Demonstr.* Dos, quando dicatur, necne succedere in locum Legitimæ? *II.* 3.

Theorica *Castrensis Cons.* 7. *vol.* 2. An Statuta excludentia fœminas, non *uti fœminas*, sed *uti dotatas*, locum habeant adversus fœminas, quæ de tempore successionis nondum dotatæ sunt? *II.* 8.

Theorica *Castrensis in Leg. final. num.* 3. *Cod. ubi in rem act.* An, & quando exerceri possit Actio *realis* super Mobilibus ab Extero acquisitis extra locum sui domicilii? *II.* 11.

Theorica *Castrensis in Leg. Non utique* 3. §. *final. ff. de eo quod cert. loc.* Tradit requisita *Lucri Cessantis*, nempe, quod Creditor pecuniæ sit solitus negociari; quod Debitor sit in mora

solvendi; & quod lucrum sit certum in potentia proxima. *II.* 14.

Theorica *Castrensis in Leg. Maritus* 21. *num.* 5. *Cod. de Procurat. & cons.* 190. *lib.* 2. Quod sub nomine *Descendentium per lineam masculinam* non veniant *in subsidium* filiæ Masculi Agnati. *II.* 20.

Theorica *Castrensis in Leg. Qui Romæ §. Flavius ff. de verb. oblig.* Negat contrahentibus facultatem immutandi, aut tollendi conditiones stipulatas ad favorem absentium, vel nondum natorum. *I.* 136.

Theorica *Castrensis cons.* 338. *vol.* 1. Quandonam res, locus, vel modus censeantur stare *taxative*, non *demonstrative*? *I.* 133.

Theorica *Castrensis in Leg.* 4. §. *Si ex conventione num.* 2. *ff. de Re iudic.* Tradit cautelam, ne Sententia novetur per promissionem solvendi a succumbente factam. *II.* 171.

Theorica *Croti in Leg. Filiusfamilias*

118. §. *Divi ff. de Legat.* 1. Hæres gravatus alienando rem fideicommissariam præsumitur eam elegisse in *Quartam Trebellianicam*. Et quando huiusmodi alienatio substineatur? *II.* 23.

Theorica *Cumani in Leg. Cum ita* 33. §. *In fideicommisso ff. de Legat.* 2. & in *Leg. Gallus* 29. §. *Quidam recte ff. de Liber. & Posth.* Quando plures sub nomine *Collectivo* sunt vocati, veniunt ordine *successivo* per substitutionem *vulgarem*, non per *fideicommissariam*. *II.* 28.

Theorica *Curtii in* §. *Ex imperfecto Leg. Hac consultissima Cod. de Testamum.* 1. An Testamentum *inter Liberos* valeat, quamvis ratione voluntatis imperfectum sit? *II.* 130.

Theorica *Decii cons.* 386. *lib.* 2. Quod Dos debita sit Filiis, uti *Haeredibus* Matris. *II.* 35.

Theorica *Decii cons.* 636. *lib.* 2. Qualiscumque ratio, vel pars *famulativa* non inducit novum fideicommissum, sed solum præcedens confirmat. *II.* 40.

Theorica *Decii cons.* 355. *num.* 4. *&* *seq.* Quod Legatum *habitationis* resolvatur in simplicem usum habitandi in ea parte Domus, quæ sufficiat pro usu Legatarii. *II.* 43.

Theorica *Decii cons.* 260. *num.* 1. *&* 2. Requirit in fœminis qualitatem dotationis de tempore præciso apertæ successionis, ad hoc ut a Masculis excludantur. *II.* 8.

Theorica *Friderici de Senis cons.* 54. *num.* 24. Quod pro condictione Indebiti solutio non probetur ex Apocha privata *de recepto*. *II.* 47.

Theorica *Fulgosii cons.* 85. Quod appellatione *Descendentium Masculorum* veniant etiam Masculi ex fœmina descendentes. *II.* 51.

Theorica *Fulgosii cons.* 145. Quod bona possessa per Hæredem gravatum in loco, ubi bona habebat fideicommittens, præsumantur fideicommissaria. *II.* 56.

Theorica *Fulgosii cons.* 36. Tradit Cautelam pro Identitate Schedulæ testamentariæ *I.* 190.

Theorica *Fulgosii in Leg. Illud* 20. *Cod. de Collat.* Quod Filio administranti bona paterna ex Patris mandato, debeatur salarium *II.* 82.

Theorica *Geminiani cons.* 45. Quod mortuo ultimo ex vocatis, Iuspatronatus Gentilicium non fiat hæreditarium, sed Beneficium evadat liberæ collationis. *I.* 21.

Theorica *Glossae in Leg. Lucius* 85. *ff. de Haered. instit.* Filii in conditione positi non censentur *dispositive* vocati *II.* 61.

Theorica *Glossae in Leg. Generaliter* 37 *ff. de Legat.* 1. An Legatario, vel potius Hæredi competat electio rei *in genere* legatæ? *II.* 66.

Theorica *Glossae in Lege Peto* 71. §. *Fratre in verb. Ex familia ff. de Legat.* 2. suppeditat Cautionem de restituendo bona, & fructus a præpostere substituto in casu, quo superveniat persona in genere prædilecto. *II.* 101.

Theorica *Hieronymi Pauli in Pract. Can-*

cell. post Rebuff. in Prax. Benefic. §. In Causa mea. An in Relictis censeatur contemplata *Dignitas in Persona* vel *Persona in Dignitate? II.* 69.

Theorica *Hostiensis in summ. lib.* 4. *tit. de Locat. sub n.* 7. Quod ad exclusionem *Restauri*, sive Remissionis Canonis debeat sterilitas unius anni cum ubertate aliorum annorum compensari. *II.* 73.

Theorica *Iacobi de Ravenna in Leg. Cunctos Populos Cod. de summ. Trinit.* Quod materia successionis ab Intestato *regulari* debeat secundum Statuta Locorum, ubi bona sunt posita. *II.* 78.

Theorica *Iasonis in Leg. Illud* 20. *n.* 4. *Cod. de Collat.* Quod Filius, qui ex mandato Patris bona paterna administravit, nullam consequi debeat mercedem. *II.* 82.

Theorica *Iasonis in Auth. Res quae n.* 32. *limitat.* 14. *Cod. Commun. de Legat.* Uxor non potest suam dotem ex fideicommisso obtinere, si non fuit sol-

licita de ea *assecuranda* super bonis Mariti, quem sciebat ad inopiam vergere. *II.* 85.

Theorica *Iasonis in Leg. si fundum* 94. *n.* 12. *ff. de Legat,* 1. An, & quando Hæredi fideicommissario, qui consensit alienationi rei fideicommisso subiectæ, agere liceat contra alienantem ad pretium rei alienatæ? *II.* 90.

Theorica *Imolae in Leg. Gallus* 29. *n.* 48. *ff. de Lib. & Posth.* Sub *Filiorum* substitutione facta in tempus remotissimum, comprehenduntur etiam Nepotes, ac ulteriores Descendentes. *II.* 93.

Theorica *Imolae in Leg. Centurio n.* 32. *ff. de vulgar. & pupill. substit.* & in *Leg. Latinus largus* 85. *ff. de Legat.* 2. denegat substituto electionem agendi ex substitutione sibi magis utili. *I.* 205.

Theorica *Lambertini de Ramponibus*, an fideicommissum stare debeat in suspenso, donec durat spes, & potentia existentiæ personarum prius vocatarum? *II.* 97.

Theorica *Lapi Allegat.* 91. *n.* 8. *vers. Contrarium dico*, resolvit Quæstionem, cuiusnam loci dicantur Nomina Debitorum, an scilicet loci Creditoris, vel Debitoris, vel destinatæ solutionis? *II.* 105.

Theorica *Martini* quoad vim Iuramenti in Contractu contra Legis prohibitionem gesto. *I.* 226.

Theorica, *seu* Consuetudo *Martini* impugnat reversionem Dotis ad Patrem, quoties Filia mortua est in matrimonio, relictis Liberis. *I.* 230.

Theorica *Marzarii in Epitom. fideicommiss. quaest.* 58. *&* *in cons.* 19. *alias* 20. *num.* 18. Quod bona a filiis possessa præsumantur bona paterna. *II.* 58.

Theorica *Mohedani decis.* 3. *tit. de usur.* Tradit requisita *Damni emergentis*. *II.* 109.

Theorica, *seu* Cautio *Mutiana* ut legatarius statim consequi possit legatum sibi relictum sub aliqua conditione *negativa*. *II.* 113.

Theorica *Oldradi in cons.* 21. Quod substitutio alicui facta sub conditione „ *si sine Filiis* „ expiret per momentaneam Filiorum existentiam. *II.* 117.

Theorica *Oldradi cons.* 16. Invitatio ad certas nuptias sub spe lucri est licita, sub pœna luris quæsiti est damnata. *II.* 123.

Theorica *Oldradi cons.* 119. An testamentum dici debeat invalidum, si testator mortuus sit antequam Notarius ab ipso vocatus illud in publicam formam redigeret? *II.* 127.

Theorica *Papiniani in Leg. Haeredes mei* §. *Cum ita ff ad SC. Trebell.* Quod *pluralitas* in *singularitates* resolvatur, ac propterea subsistat, saltem in parte, substitutio fideicommissaria facta sub conditione collectiva „ *si omnes absque liberis moriantur* „ *II.* 134.

Theorica *Peregrini cons.* 36. *lib.* 6 Vocatis fœminis in tempus remotissimum censetur vocata tota linea fœminina. *II.* 138.

est, ac naturam imitatur, consuetudo *Bulgari* absque dubio videtur admittenda; *Surd. loc. cit. num.* 29. *&* *plur. seqq.* Idemque dicendum est de Filio Adoptivo & Adrogato. *Ibid. num.* 36. *& seqq.* Non item in filio naturali hærede instituto, qui non est capax, ut Usufructus Uxori legitimæ relictus ad sola coarctetur alimenta *Ibid. num* 42 *& seqq. & num.* 47. Vid. *Borgnin. de Usufruct. ec. num.* 34 *& seqq.*

(6) *Ruin. cons.* 35. *num.* 5. *vol.* 2. *Surd. de Alim. loc. cit. num.* 84. *Rot. nostr. in Castri Florentini fidei commissi* 30. *Sept.* 1701. §. *Verum cor. Aud. Alex. Belluzzi*, ubi quod extraneo etiam hærede instituto legatum Ususfructus concurrentibus coniecturis in alimenta resolvitur.

(7) *Borgnin. Cavalc. loc. cit. num.* 41.

(8) Idem *num.* 54. *Urceol. consult.* 58. *sub. n.* 1. *Gratian. decis.* 70. *num.* 49.

(9) *Castill. de Usufr. cap.* 45. *num.* 6. *Montelatici Iur. Civil. Elem tom.* 1. *pag.* 132. ubi etiam agitur de significatione verborum „ *Domina*, *Massaria ec.* „

(10) *Dec. cons.* 498. *num.* 8. *& seqq. Alex. cons.* 62. *num.* 5. *vol.* 6. *Borgnin. ub supr. num.* 49.

(11) *Borgnin. ibid. num.* 50.

(12) *Idem num.* 55.

(13) *Gabriel. comm. conclus. tit. de Usufruct. conclus.* 2 *num.* 41. *Borgnin. ibid. num.* 51.

(14) *Bart. cons.* 639. *vol.* 2. *in fin. Ruin. cons* 39. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 2. *Surd. de Alim. tit.* 2. *quæst.* 15. *num.* 244. *&* 252.

(15) *Surd. de Aliment. tit.* 9. *quæst.* 16. *num.* 6. *Gratian. decis.* 47. *num.* 3. *&* 4. *Romana Pecuniaria* 20. *April.* 1750. §. 10. *& seqq. cor. Elephantutio & in Fulginaten. Censuum, seu Cautelæ Angeli* 14. *Iun.* 1737. §. 7. *cor. Vicecomite*.

(16) Late *Menoch. de Arbitrar. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.*

P

169. *Rot. in Rec. decis.* 158. *num.* 5. *& seqq. part.* 12. Vid. *Catan. dec.* 15.

(17) Uxor relicta usufructuaria Universalis tenetur ad favorem hæredis proprietarii dare cautionem de bene utendo, & fruendo, & de restituendo quod accepit, finito usufructu, non obstante, quod Maritus eam ab hac obligatione liberaverit, quia censeri debet liberata a rigorosa tantum cautione, ac scrupulosa rationum redditione, *Pupien. Cautionis & pret. Legati* 29. *Sept.* 1792. §. 2 *& seqq. cor. Aud. Martellini*, *& Adv. Poschi Arbitr.* Vid. *Respons. Adv. Bruni pag.* 23.

THEORICA BULGARI & MARTINI

Celebris est controversia retroactis temporibus inter *Bulgarum*, & *Martinum* exagitata, nunquid Iuramentum firmet contractum contra Legis prohibitionem celebratum. Affirmativam sententiam tenuit *Martinus* Cremonensis ex Bononiensi *Gosiorum* familia antiquus Saeculi XII. Glossator, Negativam tenuit *Bulgarus* eiusdem *Martini* coævus, & æmulus.

Sed istam controversiam, quæ *Ultramontanos* inter, & *Citramontanos* olim exarsit, hodie cum hac turissima distinctione conciliant Iurisperiti, ut quoties

Actus in favorem publicum principaliter prohibitus est, non confirmatur iuramento; Secus vero, quando principaliter prohibitus est ob utilitatem privatam; quamvis secundario, & minus principaliter publicam utilitatem respiciat. (1) Et iure quidem, meritoque: Nam etsi per iuramentum nostro privato iuri renunciare possimus, non tamen renunciare possumus iuri, bonoque publico, ac propterea non valent pacta etiam iurata, quæ adversentur Legibus Civilibus, quamvis contra bonos mores, vel naturales, vel canonicos minime pugnent. (2)

Ideo sequitur, quod Pacta, & Conventiones super futura alicuius hæreditate, licet iuramento roboratæ fuerint, nullo modo subsistant, quia sunt contra leges, & constitutiones Civiles de pactis futuræ successionis loquentes, quæ publicam utilitatem primario respiciunt, ne Iura Testantium subvertantur, neve locus detur fraudibus, machinationibus, atque captandæ mortis periculo. (3)

Sequitur quoque non validari Iuramento Filiorum familias obligationes, qui mutuam acceperunt pecuniam contra dispositionem *SCti Macedoniani*, quod publicam concernit utilitatem, commune-

que bonum, ne scilicet Iuvenum vitia fomentum accipiant, ne familiæ in paupertatem incidant, neve Parentum, Coniunctorumque vita periculis exponatur. (4)

Sequitur tandem, ut alia omittam exempla, quod non confirmetur iuramento Mulieris obligatio ad alterius favorem contracta ultra medietatem suæ Dotis, & absque ulla relevationis spe, quia huiusmodi obligationi ultra *SC. Velleiani* dispositionem publica resistit utilitas, quæ non sinit Mulieres remanere indotatas, cuiusmodi dici possunt Mulieres illæ, quæ suæ dotis ultra dimidiam absque spe relevationis iacturam faciunt; (5) Proindeque læsione ista, ex defectu relevationis, intercedente, Mulieris obligatio semper infringitur, etiamsi *Velleiano* renunciatum fuerit, aut contrictus sit iuratus, aut necessariæ intervenerint solemnitates, (6) demptis solummodo casibus urgentissimæ necessitatis prudentis Iudicis arbitrio definiendis. (7)

---

(1) *Torr. de Pact. futur success. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 49. *Polit. de Verb. Obblig. quæst.* 9. *dissert.* 4. *num.* 20. *Mancin. de Iuram. part.* 4. *effect.* 1. *quæst.* 4. *Rot. Rom. cor. Sperell. decis.* 46. *num.* 1.

(2) *Leg. Neque pactum §. Privatorum ff. de Reg.*

Tur. Torr. loc. cit. num. 50. *Polit. loc.* pariter *cit. num.* 23. *Mans consult.* 32. *num.* 14. *& seqq. Rot. nostr. in Pisana Nullitatis Obligat. Filiorum fam.* 10. *Iul.* 1784. §. *Ma ammettendo*, *& seqq. cor. Aud. Brichieri Colombi Relat.* quæ revocavit *praced. decis. cor. Aud. Ulivelli Relat.*

(3) *Torr. loc. cit. num.* 51. *& seqq. Polit. ibid. n.* 24. *&* 25.

(4) *Strick Oper. Legal. tom.* 5 *diss.* 6. *cap.* 2. *n.* 18. *& seqq. Rot. nostr. penes Palm. alleg.* 348. *num.* 25. *tom.* 5. *in dict. Pisana Null. Oblig. Filiifam.* §. *E qui*, *cum seqq.* ubi agitur de Contractu Cambii a Filiofam. gesto „ *SC. Vellejanum* discrepat a *Macedoniano*, quia principaliter respicit privatam utilitatem mulieris, & secundario utilitatem publicam „ *dict. decis.* §. *Nè ostano*.

(5) *De Luc de dot. disc.* 95. *num.* 2. *& seqq. Andreol. controv.* 376. *per tot. Surd. dec.* 86. *num.* 18. *Rot. Senen. cor. de Comit. dec.* 36. *per tot. & Rot. nostr. in Arretina Nullitatis Obligat.* 15. *Iul.* 1737. §. *Nullitas autem*, *& seqq. cor. Aud. Iosepho Bizzarrini Relat.*

(6) *Rot. Senen. dict. decis.* 36. *& Rot. nostr. in dict. Arretina Nullitatis ec.* §. *Cuius quidem*, ubi plures allegantur Auctoritates, & firmatur, quod huiusmodi nullitas obiici potest non solum a Muliere, quæ se ipsam obligavit, sed etiam ab eius successoribus, quia quidquid sit de nullitate promanante duntaxat ab excessu obligationis ultra medietatem dotis, cuius proponendæ privilegium est tantum personale, ideoque ad alios non transit, ni saltem Mulier in Vita nullitatem deduxerit, profecto cum agitur de nullitate ex defectu *Relevationis*, & sic promanante ex vitio intrinseco obligationis, hæc utique nullitas allegari potest a quocumque, cuius interest, etiam post Mulieris obitum, & quamvis ab ea adhuc vi-

vente proposita non fuerit. *Vid.* etiam *Castilionen. Dotis* 14. *Sept.* 1718. *cor. Aud. Calderoni*, ubi an, & quando ex defectu *relevationis* habeat Mulier regressum ad bona alienata, & quomodo defectus *relevationis* a Muliere sit probandus, & de quo tempore? Si Mulieris obligatio integram dotis quantitatem absorbeat in uno, eodemque Actu, tunc ratione individuitatis tota corruit obligatio; Si vero obligationes sint plures, irritantur solum posteriores, ex quibus Mulier ultra medietatem suæ dotis depauperatur.

(7) Fideiussio Uxoris pro excarcerando viro suo nulla est quamvis Iuramento, & Decreto Iudicis roborata sit, quoties remaneret penitus indotata, & præsertim si vir pro Causa Civili, non Criminali in carcerem detrusus fuerit, *Farinacc. decis. Criminal.* 74. *part.* 2. *Ger. Spin. ad Statut. Florent. lib.* 2. *rub.* 115 §. *Fideiussio.* Ad mater. Vid. d. *Castilionen. Dotis* 14. *Sept.* 1718. *per tot. cor. Aud. Calderoni*, ubi an Causa subveniendi Maritum in indigentia constitutum sit sufficiens, & quomodo Iudici sit exprimenda?

THEORICA BULGARI & MARTINI.

In Leg. Dos a Patre Cod. solut. Matrim.

EX dispositione Iuris Civilis in dicta Lege *Dos a Patre C. solut. matrim.* Dos a Patre profecta ad Patrem revertitur soluto per mortem Filiæ matrimonio; sed

quid si extent ex illo matrimonio liberi? Magna est in hoc casu, de quo Ius Civile expresse non disponit, inter *Bulgarum*, & *Martinum* contentio; Nam *Bulgarus* antiquus seculi XII Glossographus adeo enixe tenuit in casu etiam existentiæ filiorum dotem ad Patrem reverti debere, ut ipse quamvis liberos ex propria uxore suscepisset, tamen ea mortua dotem Socero restituerit. (1)

E contra *Martinus* antiquus ipse etiam sæculi XII. Glossator, quem refert *Azo* in dicta *Leg. Dos a Patre*, impugnavit reversionem Dotis ad Patrem, & *Albericus a Porta Ravennate*, Bulgari discipulus, licet alias tenuisset pro opinione sui Magistri, tamen in facti proprii contingentia noluit, mortua uxore cum filiis, dotem Socero restituere. (2)

Adeo autem invaluit hæc *Martini* opinio non restituendi dotem Socero, ut vim *Consuetudinis* universalis obtineret, & in nostris etiam Tribunalibus recepta fuit tamquam in ratione, & æquitate fundata, quum iniquum sane videatur privare filios hæreditate Matris, cuius Dos proprium est, & sæpissime unicum patrimonium: Quamobrem opinio *Martini*, uti a Consuetudine comprobata, pro lege habenda

est, & uti æquitatis, ac Iustitiæ regulis innixa amplissimam meretur interpretationem. (3)

Hinc est, quod ea procedere debet non solum in dote soluta, sed etiam in dote promissa, quæ idcirco ab Avo promittente, post mortem filiæ ejus liberis solvenda est. (4)

Atque insuper procedere debet, etiamsi Pater stipulatus fuisset sibi dotem reddi, quia huiusmodi pactio, non existentibus liberis, intelligenda foret. (5)

Plerique tamen limitant hanc *Martini* Consuetudinem, si Maritus uxori præmoriatur, quo in casu, existentibus etiam filiis, existimant dotem a patre profectam, ad ipsum patrem redire debere. Cuius opinionis ratio illa communiter traditur, quia *Martinus* loquitur in casu, quo uxor, superstite marito, moriatur, ac propterea ejus Consuetudo, uti Iuris communis *correctoria*, trahi non debet ad casum oppositum, quo Uxor post virum suum decedat. (6)

Aliis nihilominus placuit opinio contraria; & iure quidem, ac merito, quum *Martini* consuetudo, uti rationi, & æquitati maxime cohærens, non sit Iuris *correctoria*, sed Iuris *interpretativa*, & pro

ipso Iure communi habeatur. (7) Et profecto eam solum ab caussam, quia uxor posr viri mortem decesserit, nimis durum, & asperum foret privare filios dote materna, quæ ejus constituit hæreditatem, quæque ad substinenda matrimonii onera datur, cuius filii reliquiæ sunt, & onera. (8)

Verum quidquid sit de hac Iurisperitorum disputatione, illud explorati iuris est, quod dos non revertitur ad Dotantem, si clare, & perspicue ejus solutio probata non fuerit; (9) Uti etiam si agatur de dote non *profectitia*, sed *adventitia*, cuiusmodi est ea, quæ vel ab extraneo, vel a Transversali, vel ab ipsa Matre constituitur, quæ cum Filias sub potestate non habeat, atque eas in subsidium dotet, tamquam extranea persona dotare intelligitur. (10)

Illud etiam exploratum est, quod ubi Dos ex Statuto succedit loco Legitimæ, tunc ad filios transmittitur, quia censetur liberam filiæ datam fuisse. (11)

Illud denique perspicuum est, reversionem Dotis ad patrem omnino cessare, si statuta Civitatum disponant de dote Matris ad favorem vel filiorum, vel Mariti; Huiusmodi enim Statuta dotem ex *pro-*

fectitia reddant *adventitiam*, eamque liberant a sanctione *Textus in leg. Dos a Patre*, quæ de Dote *profectitia* tantummodo loquitur. (12)

Ex Statuto igitur nostro *Florentino*, dos prædefunctæ Filiæ nullo unquam casu ad Patrem reverti potest; nam si extent filii, dos tota ad filios pertinet; si vero filii non extent, tunc Maritus eam totam lucratur; ac propterea cum Pater omnino exclusus sit, merito Filia in dote sua non Patrem, sed filios habet hæredes. (13)

An vero succeesio in dote materna debeatur filiis uti filiis, vel potius uti Matris hæredibus? *Vid.* infra *Theoricam Decii cons.* 386. *lib.* 2.

---

(1) Hanc *Bulgari* opinionem sequuti sunt *Azo*, *Accursius*, *Iacobus de Ravenna*, & *Cinus in Leg. Dos a Patre Cod. sol. Matrim. Soccin. Sen. cons.* 9., ubi per viginti fundamenta hanc tenuit Sententiam, & contrariis Argumentis respondet. *Vid. Brunemann. ad hanc Leg.*, ubi quod quando Dos mortua Uxore, ad Patrem redit, filiis debetur legitima bonorum maternorum, & sic etiam partis Dotis, si solum bona dotalia mater reliquerit; Et quando, mortuo viro, ad Patrem revertitur, tenetur pater illam conservare pro Filia, quatenus secundo viro nubere velit; *Rot. in Rec. decis.* 124. *sub n.* 3. *part.* 4. *tom.* 1. *&* *decis.* 103. *num.* 9. *part.* 4. *tom.* 2.

(2) *Azo in d. Leg. Dos a patre*, *Thesaur. decis. Pedemont.* 190. *num.* 4., ubi multos allegat huiusce opinionis Sectatores.

(3) *Thesaur. dict. decis.* 190. *num.* 5. *&* 6.

(4) *Ibid. num.* 6. *Rot. in Rec. decis.* 642. *num.* 3. *part.* 4. *tom.* 2. In Foro nostro Dos, sive data sit, sive promissa, sive destinata, iisdem gaudet privilegiis, *Florent. Decoctionis* 12. *Novembr.* 1689. §. *Quod autem*, *&* *seqq. cor. Aud. Argenti*.

(5) *Thesaur. d. decis.* 190. *num.* 8., ubi aliae afferuntur huius Theoricae ampliationes. *Rot. Rom. in Rec. dec.* 329. *num.* 10. *part.* 5. *tom.* 1. ubi nisi stipulatio reversionis ad omnem casum congrue referri possit.

(6) Vid. *decis.* 138. *Thesaur. & in Recent. d. decis.* 108. *num.* 17. *part.* 4. *tom.* 2. *Rot. nostr. in Florent. Fructuum Dotis*, *& Interesse Extradotal.* 18. *Octobr.* 1659. *in princ. cor. Trib. Audd. lib. Motiv.* 124. *pag.* 173.

(7) *Alex. in Leg. Post dotem num.* 35. *ff. solut. Matr. Iason. ibid. num.* 102 *&* 103. *Angel. in dict. Leg. Dos a patre*, *Thesaur. cit. decis.* 190. *num.* 5

(8) *Rot. nostr. cor. Bonaventura Neri Badia decis.* 41 *num* 12. *&* 13

(9) *Rot. Rom. in Recent. decis.* 294. *num.* 1 *&* 2. *part.* 19. *tom.* 1

(10) *Ead Rot. in Rec. decis.* 329. *num.* 15. *part.* 5. *tom.* 1. Nisi contraria intervenerit stipulatio. *ibid.*

(11) *Dec. cons.* 106. *num.* 1. *& seqq. Capyc. decis.* 176. *num* 11. *Rot. Rom. cor. Seraphin. dec.* 815. *num.* 5 *& in Rec. decis.* 708. *num.* 3. *part.* 1. Iuxta Statutum *Florent.* Dos non succedit loco Legitimae, sed tamen ad Patrem non redit, ut infra dicemus §. *Ex Statuto*. In terminis vero Statuti *Senensis*, a quo Dos loco Legitimae subrogatur, ita decisum fuit in *Senen. Haereditatis*, *& successionis* 18. *Mart.* 1776. *Art. I. cor. Aud. Signorini Relat.*

(12) *Diff. decis. cor. Aud. Signorini Art. I. §. Malo Statuto* „ Statutum Perusiæ prohibet dotem ad dotantem reverti, *Rot. in Rec. decis.* 358. *n.* 1. *part.* 14.

(13) *Merlin. de Legitim. quest.* 13. *num.* 31. *Rot. nostr. in Florentina Legitimæ de Berzighellis* 2. *Sept.* 1678. *num.* 66. *post. Sabell in Summ. tom.* 3. *cap.* 1. Quoad Statutum *Cortonæ* Patriæ meæ debetur Marito superstiti tertia pars Dotis, non obstante existentia filiorum primi Matrimonii, & ità decisum fuit sub. *die* 30. *Sept.* 1777. *ab Adv. Bargigli Sarchi Iud. Consult. in Causa Pancrazi, e Pieri.*

THEORICA BUTRIGARII

Inter suas Quæstiones.

IACOBUS *Butrigarius* Bononiensis, qui sub initio Sæculi XIV. iurisprudentiam summa cum laude professus est, quique plures scripsit Iuris tractatus, putavit quod Legitima Matri debita in bonis Filii, vel Filiæ, quæ Matrem duosque fratres habens hæredem instituit personam extraneam, sed non turpem, sit tertia pars totius Axis hæreditarii.

Bartolus vero ipsius *Butrigarii* discipulus in *Leg. Paterfilium* 14. *num.* 8. *ff. de inoffic. testam.* opinatus est, Legitimam esse in hoc casu tertiam portionis,

seu tertiam *Tertiae*. Argumentum *Bartoli* ita se habet „ *Legitima Matris olim erat Quarta, hodie est tertia eius quod habitura esset ab intestato; Sed ab intestato erat habitura tertiam, ergo Legitima erit tertia tertiae. Praeterea non debet esse melior conditio venientis contra testamentum, quæ venientis secundum testamentum; Sed Legitima Matris succedentis secundum voluntatem testatoris esset tertia ejus, quod habitura esset ab intestato; Sed si nunc veniret contra testamentum haberet tertiam totius, ergo esset iniquum* „.

Quamvis utraque ex hisce sententiis multos habuerit Sectatores, attamen probabilior, magisque hodie recepta est opinio *Butrigarii*, ut legitima esse debeat tertia totius Axis, cum hac tamen moderatione, ut si quid ex hæreditate, ac bonis defunctæ personæ titulo legati, vel alterius dispositionis obveniat in fratres, vel sorores, qui alias ab intestato successuri essent, id in prædictam tertiam imputari debeat, atque ex legitima deduci (1). Quum enim fratres, & sorores ex dispositione Textus in *Auth. Defuncto Cod. ad SC. Trebell.* concurrant cum Ascen-

dente ad successionem universalem ab intestato, hinc sequitur, ut sicut hæreditariam successionem Ascendenti diminuut, ita per consequens diminuant etiam legitimam, non quia ipsi concurrant in ipsa legitima, quæ fratribus nunquam debetur, nisi quando instituta sit turpis persona, sed quia realiter diminuunt hæreditatem, a qua legitima uti pars a toto deducenda est (2). Quod si non de fratribus, & sororibus agatur, sed de extraneis, qui nullam habent ex Iure Communi *consuccessionem* cum Ascendente, tunc legitima ei competens debet esse *Tertia* totius hæreditatis, cum hoc in casu locum habeat dispositio alterius Textus *in* §. 1. *Auth. de Trient. & Semiss.* per quem legitima constituitur in tertia totius hæreditatis parte, non solum ad favorem filiorum, sed etiam ad favorem Ascendentium (3).

Hæc omnia de Iure communi procedunt: Sed quid dicendum in terminis Statutorum, quæ Matrem a successione intestata repellunt existentibus fratribus personæ defunctæ, uti sancitum est a Statuto nostro Florentino, cuius vi mater ab intestata hæreditate filii excluditur per defuncti filios, nepotes, pronepotes, patrem,

avum paternum, patruum, fratrem, & ex fratre nepotem, salvis eidem matri alimentis? Hocce in casu multi putant, quod mater a successione per Statutum exclusa censeri debeat exclusa etiam a legitima. Alii vero id negant.

Sed prima opinio magis est communis, quam super Statuto *Pontremuli* sequitur *Baldus cons* 140 *num.* 2 *lib.* 1.; super Statuto *Bononiæ*, *Cravett cons.* 423; super Statuto *Ferrariæ*, *Cephal. cons.* 5.; super Statuto *Bergomi Barbatus cons.* 50., et super Statuto *Florentiæ* idem *Barbat. cons.* 54. *&* *cons* 67. (4)

Secunda opinio iuxta nonnullorum sententiam vera esse potest, quando filius, vel filia condito testamento decedit, quia tunc mater exhæredata, vel prætetita potest legitimam petere, atque obtinere, ea ratione, quia Statutum corrigens Ius Commune in *Causa Intestati*, non censetur illud corrigere in *Causa Testati* (5) Sed *Rota* nostra contrariam sæpe tenuit sententiam, constituitque, Matrem ex dispositione Statuti Florentini exclusam esse a successione Filiorum, & sic etiam a Legitima, sive de hæreditate intestata agatur, sive de testata. (6)

Distinguendum tamen putarem, quod

si filius, vel filia hæredes instituerit Agnatos, qui ex forma Statuti matrem a successione repellunt, mater exhæredata, vel præterita querelam inofficiosi testamenti excitare non potest, nec legitimam petere, sed tantum id, quod sibi ab intestato pertinuisset (7). Si filius, vel filia hæredes instituerit personas, quæ matrem a successione non excludunt, tunc mater exhæredata, vel præterita inofficiosi querelam contra testamentum proponere recte potest (8). Si denique filius, vel filia hæredes instituerit extraneos, existentibus tamen Agnatis, qui matrem ab intestato excludere valent, tunc mater exhæredata, vel præterita non potest nullum dicere testamentum, nec Legitimam obtinere, sed id quod sibi a Statuto reservatur, quia extranei institutio, & successio hæreditatem a matre non aufert, sed solum ab illis Agnatis, qui ad successionem aspirare poterant (9).

At quamvis mater a successione filii exclusa non dicat testamentum nullum ob non relictam sibi legitimam, poterit ne proponere querelam inofficiosi testamenti ad favorem aliorum filiorum, quibus a fratre defuncto extranea persona prælata fuit? (10) Quæstio valde dubia,

& anceps est, eiusque decisio ex clausulis in testamento adiectis, ex scientia, vel ignorantia existentiæ matris, aliisque facti circumstantiis petenda est (11).

Q

(1) Vid. *Montelatici Element. Iur. Civil. tom.* 1 *pag.* 230. ubi plures allegat de hac *Theorica* disserentes. *De Luc. de Legitim. disc.* 10. *num.* 27. *Merlin. de Legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 7. *Capyc. Latr. consult.* 147. *De Luc. ad Franch. decis.* 63. *Rot. cor. Dunozet. decis.* 732. *& in Rec. decis.* 219. *part.* 6. *& dec.* 326. *num.* 12. *part.* 11. ubi quod nulla Parentibus debetur Legitima ubi extant Filii prædefunctæ personæ. *Sabell. in Summ.* §. *Legitima num.* 7. Quæ debetur Transversalibus Quarta est, ubi fuit turpis persona instituta. *Crass.* §. *Legitima Quæst.* 10.

(2) *Rot. Rom. in Romana, seu Ianuen Legitimæ* 9. *Decembr.* 1686. *cor. Caccia impress. post. summ. Sabell. tom.* 3. *cap.* 9. *num.* 4. *&* 5. ubi concordantes. *Vid.* etiam *Senagallien. Legitimæ* 17. *Maii* 1737. *cor. Rezzonico* ubi quod Legitima debita Matri super bonis filiæ virum hæredem instituentis, detrahi debet ante deductionem *Quarti Dotalis* ad ipsum virum ex conventione spectantis.

(3) *Bald. cons.* 350. *sub num.* 2. *lib.* 4. *Peregr. de fideicomm. art.* 38. *sub num.* 13. *dict. Romana, seu Ianuen. Legitimæ num.* 3. *&* 6. plene *Thesaur. decis.* 172. *per tot.* ubi nonnulli distinguuntur casus.

(4) *Mart. de Success. Legal. part.* 2. *quæst.* 4. *Art. V.* ubi plura. *Gob. de Success. ab intest. Observ.* 18. *per tot.* ubi etiam determinat quomodo Legitima Matri debita calculanda sit.

(5) *Mart. loc. cit. num.* 11. *&* 12. *De Luc. de Statutar Success.* ubi *pag.* 361. *Edit. Rom.* refert particulam *Statuti* nostri *Florent. lib.* 2. *rub.* 130. eiusque *Reformat. anni* 1620. *Grivell. dec. Dolan.* 53. *n.* 46.

(6) Vid. *Florent. Donationis* 25. *Octobr.* 1629. *cor. Trib. Rotæ Audd. impress. in Thes. Ombros. tom* 4. *decis.* 7. *num.* 55. *& seqq.* ubi Auctoritates cumulantur.

(7) Ead. *Florent. Donationis in Thes. Ombros. n.* 42. *& num.* 72. Iuxta Statutum nostrum Matri exclusæ reservantur alimenta. Si aliquid congruum relictum in testamento sit Mulieribus exclusis, debent illo esse contentæ; Si nihil eis relictum sit, possunt tantum petere illud, quod eisdem ab intestato ex forma Statuti deberetur. *Ibid. num.* 72. Quando titulo Institutionis relictum est aliquid pro Legitima, non potest, si relictum Legitimæ quantitatem non attingat, proponi querela inofficiosi testamenti, sed datur condictio ex Lege, & sic Actio personalis contra hæredem ad supplementum *Rot. in decis.* 310. *part.* 13. Vid. *Florent. Allodialitatis Bonorum, & Legitimæ* 27. *Maii* 1780. *Art. II. cor. Aud. Petro Berti Relat.*

(8) *Crass. de success.* §. *Testamentum sub. num.* 8. *Montelatici Element. Iur. Civil. tom.* 1. *pag.* 201. *&* 234.

(9) *Menoch. cons.* 206. *num.* 50. *lib.* 3. *Clar.* §. *Testamentum quæst.* 42. *num.* 6. *&* 7. *Campeg. de Dot. part.* 5. *quæst.* 7. *dict. Florent. Donationis num.* 84. *& seq.* Ius petendi Legitimam metiendum est a Successione ab intestato *Rot. in Rec. dec.* 20. *num.* 11. *part.* 11. dict. *Flor. Donationis num.* 60. *Montelatici loc. cit.* ubi quod pro excludenda filia præterita Agnati debent succedere.

(10) Vid. *Text. in Leg. Posthumus* 6. § 1. *ff. de inoff. testam. dict. Florent. Donationis num.* 38. *& seqq.* ubi de vi clausulæ *Codicillaris*, & clausulæ *omni me-*

liori modo. Voet ad Pandect. lib. 5. tit. 2. num. 42. ubi quod si Mater, vel alius ex illis personis, quæ ad successionem intestatam non admittuntur, de inofficioso egerit, & casu, non iure obtinuerit, non ei prodest victoria, sed iis qui habent ab intestato successionem, iuxta *Text. in dict. Leg. Posthumus ff. de inoff. testam.*

(11) Iste Articulus disputatus fuit *cor. Magist. Suprem. anno 1786. in Causa Tommasi Civit. Cortonæ*, in qua agebatur de testamento, in quo Filius Uxorem suam hæredem instituerat nulla facta mentione suæ Matris, quæ alios filios habebat; sed quæstio transactione composita fuit.

Eveniente casu Substitutionis *Pupillaris*, substitutus capit omnia bona Impuberis tam a Patre profecta, quam adventitia exeludendo etiam Matrem a Legitima, *Leg. 8. §. 15. ff. de inoff. testam.* Æquitas tamen & argumentum ductum *ex Leg. 32. de inoff. testam.* suadere videntur ut Matri salva iudicetur legitima ex bonis Adventitiis Filii, *Vid. Heinecc. Instit. lib. 2. tit. 16. §. 563. cum adnot.*

Mater transiens ad secunda vota potest petere Legitimam in bonis Filii provenientibus aliunde quam ex substantia patris, nam ad eam non extenduntur pœne secundo nubentibus impositæ. In bonis vero provenientibus ex substantia paterna non debetur Matri Legitima si supersunt filii primi Matrimonii, & filius cum testamento decessit. *Rot. Rom. cor. Bich. dec. 414. num. 10. & seqq.*

In Legitimam Matri debitam an imputentur fructus ab ea uti Usufructuaria percepti? Vid. *Albanen. Immissionis 15. Jan. 1731. §. Nec minus cor. Calcagnino* Non tenetur Legitimam in Usufructu accipere, nisi hæreditatem filii acceptaverit. *Rot. nostr. in allegat. Florent. Donationis in Thes. Ombr. tom. 4. dec. 7. num. 50. & seqq.*

THEORICA desumpta ex *Responsis*
IC. CAII
In Leg. Utrum 8. §. *Cum quidam ff. de Reb. dub.*
& PAPINIANI
In Leg. Unum ex familia 67. §. *si de Falcidia ff. de Legat. II.*

CAius Iurisconsultus, qui floruit sub Impp. Marco Aurelio, & Lucio Vero, & *Papinianus*, qui vixit sub Imperio Septimii Severi, & Caracallæ, Responsa dederunt, ex quibus orta est percelebris illa *Regula*, seu *Distinctio* inter facultatem nominandi collatam, & respective directam ad *Personas incertas de genere* pariter *incerto*, & facultatem nominandi respicientem *personas incertas de genere certo*. (1)

Quoties itaque Disponens facultatem dedit nominandi personam incertam de genere pariter incerto, tunc nominatio est *libera*, itaut *Facultatarius*, quam velit, personam de quocumque genere sit,

eligere valeat; Et quia ab eius potestate, & arbitrio omnino pendet electionis emolumentum, ideo potest electum, quo magis sibi placeat, onere prægavare. (2)

Qnoties vero Disponens facultatem concessit nominandi personam incertam de genere tamen certo, tunc nominatio est *necessaria*, & *Facultatarius* eligere quidem potest personam, quam velit, sed solum de illo genere certo, & determinato; Et quoniam electionis beneficium ab imposita sibi necessitate magis dimanat, quam a spontanea eius liberalitate, ideo nihil addere potest, quod nominato minus utile reddat electionis emolumentum. (3)

In primo ex memoratis casibus, si nominatio non fuerit a *Facultatario* adimpleta, nemo amplius admittitur, & sic Legatum, vel Fidecommissum, vel aliud quodcumque relictum caducum evadit, & irritum. In secundo vero casu, non facta nominatione, debetur ex Officio Iudicis Legatum, Fideicommissum, vel aliud relictum alicui personæ ex genere certo a Disponente contemplato. (4)

Hæc tamen, de qua agimus, *Regula*, seu distinctio duas solemnes recipit limitationes; Prima limitatio est, si ille-

met, qui facultatem dedit nominandi personam ex genere certo, processerit ad electionem in casu, quo *Facultatarius* eam non adimplevit; tunc enim disponens satis superque demonstravit nullum adesse necessarium nominationis præceptum (5). Secunda limitatio est, si a Disponente collata fuerit in *Facultatarium* plena, & absoluta libertas, etiam quoad *substantiam* nominationis, *ex grat.*, si dixerit, quod *Facultatarius* nominare possit, *si ei videbitur*, *si ei placebit*, *si opportunum & conveniens iudicaverit*; hoc enim in casu evidenter apparet designationem certi generis nullam importare conditionem, causamve finalem, & disponentis præceptum nil aliud, quam merum consilium, puramque *velleitatem* significare. (6)

Quamvis autem memorata Theorica, seu Regula desumpta ex *Caii*, & *Papiniani* Responsis innixa sit verisimili, & *coniecturatæ* Testatoris voluntati, nihilominus tantam etiam in Foro nostro accepit auctoritatem, ut non obstantibus Legibus *anni* 1747. *&* 1751 quæ in re fideicommissaria coniecturas, & præsumptiones reiiciunt, approbata sit, & in iudicando recepta. (7)

(1) *Bertacch. Vot. decisiv.* 116. *num.* 1. *Rot. Rom. in Sabinen. Nominationis* 18. *Maii* 1729. §. *Nec minimum, & seqq. cor. Calcagnino, & in Romana Immissionis* 3. *Iun.* 1785. §. 10. *cor. Cesarei, & in eius Confirmator.* 11. *Iun.* 1787. §. 18. *Rota nostra in Pisana Successionis de Lante* 29. *Sept.* 1780. *cor. Aud. Brichieri Colombi Relat. & in Florent. præt. fideicommissi de Gaetanis* 28. *Sept.* 1781. *Art. III.* §. 84. *cor. Aud. Simonelli Relat.* Vid. Catalogum Auctoritatum in *Florent. Fidecommissi Ducis Antonini de Salviatis*.

(2) *Peregr. decis. Patav.* 106. *num.* 3. *Rot. Rom. cor. Coccin. dec.* 2158. *num.* 23. *Rot. nostr. cor. De Comitib. dec.* 90. *num.* 41. *& seqq. tom.* 2. *part.* 1. *& in Florent. Fideicommissi De Salviatis super Nominatione* 29. *Sept.* 1797. §. 27. *&* 28. *cor. Audd. Fenzi, & Angelo Felici Relat.* quæ confirmata fuit a *Rota*, & ubi agitur de facultate a Fideicommittente concessa ultimo masculo ex masculis nominandi unum ex Familia *Salviati*. Vid. *Florent. Primogenituræ de Dragomannis super restitutione in integrum, & validitate Nominationes* 9. *Sept.* 1730. §. *Ex affluentia & seqq. cor. Aud. Manilio Urbani*. Qui liberam habet eligendi facultatem dicitur vere, ac realiter elegisse, si id ex signis, ac verbis arguatur, absque eo quod necessaria sit actualis electio, *Florent. Electionis* 17. *Iun.* 1760. *Art. I. cor. Canc. Montordi* ubi etiam dicitur, quod antequam electio acceptata sit potest eligens illam mutare, ac variare non obstante quod electio facta fuerit in Iudicio, & a Magistratu adprobata sit. *Ibid. Art. II.*

(3) *De Niger de Nominat. lib.* 1. *quæst.* 47. *num.* 1. *Rot. Rom. in Cavallicen. Immissionis, & Primogenituræ* 21. *Iun.* 1720. *cor. Gamaches, Rot. nostr. in Florent. Nominationis ad fid.* 3. *Aug.* 1762. *Art. II. cor. Audd. Bizzarrini, Soldani Benzi, & Baldigiani*,

& in dict. Florent. Fideicomm. de Salviatis §. 29 *& trib. seqq.* Vid. Particulas Consultationum *Advv. Riganti, & Tassoni in Romana Fideicommissi de Lepris, & decis. in ead. Causa ann.* 1785. *&* 1787. *cor. Cesarei*, ubi quod donatus facultate nominandi non potest Nominatum gravare, nisi facultatem gravandi expressim acceperit a Disponente; Et quod necessario nominare debet, etiamsi facultas nominandi ei tributa fuerit cum verbis importantibus *Arbitrium, Auctoritatem, Potestatem ec.* Vid. Catalog. *Auctorit. in d. Florent. fid. de Salviatis*, ubi plene de hac materia disseritur.

(4) Omissa enim nominatione fit locus operationi Legis mediante Iudicis officio, penes quem omnes personæ generis certi ius habent concurrendi ad nominationem iudicialiter faciendam, *Vid. cit. decis. in Pisana Successionis & fid. de Lante* §. *Ma in supposizione, & in Florent. fid. de Salviatis* §. 85.

(5) *Ridolphin. Alleg.* 67. *num.* 5. *Rot. nostr. In Massen. Nominationis* 25. *Aug.* 1752. §. 6. *cor. Canc. Montordi, & in Florent. fid. de Gaetanis* 28. *Sept.* 1781. §. 43. *cor. Aud. Raffaelli, & in cit. Florent. fid. de Salviatis* §. 52. *& seqq.*

(6) *Peregr. cons.* 55. *lib.* 3. *& de fideicomm. Art. XXXIII. num.* 52. *cum seqq. dict. Florent. fid. de Gaetanis cor. Aud. Raffaelli* §. 42. *& d. Florent. fid. de Salviatis cor. Aud. Felici* §. 54. *& seqq.*

(7) Vid. eamdem *decis. in Florentina fideicomm. de Salviatis* §. 24. *& seqq.*

Qui facultatem eligendi pro una vice tantum sibi concessam consumpsit, non potest denuo eligere, quamvis male, ac nulliter elegerit, iuxta Theoricam *Bartoli in Leg.* 2. §. 1. *ff. de opt. legat.* Vid. *Seravitien. Nullitatis electionis* 6. *Aug.* 1734. §. *L'altro fondamento cor. Senat. de Riccis.* Facultas vero consumpta remanet in primo Actu quando competit iure *alie-*

-*ne*, ac proptera non potest variari nominatio, secus si competat iure *proprio*, quia tunc variari potest, & etiam in alium transferri, cum censeatur existere in patrimonio *Facultatarii*. Vid. *Florent. seu Collen. Validitatis Nominationis* 23. *Iul* 1783. § 25. *cor. Aud. Simonelli*, ubi late agitur de *consolidatione* facultatis nominandi in Persona superstite; & de acceptatione, & irrevocabilitate huiusce facultatis.

THEORICA CANTUCCII

Decis. 125. *part.* 2. *Divers. num.* 2. *& seq.*

FRANCISCUS *Cantuccius Rotæ Romanæ Auditor*, cuius vitæ laudes habentur in *Io. Baptistæ Cantalmaii Syntaxi Audd. Sacræ Rotæ Romanæ*, clarius exposuit, constituitque Regulam, quod in Contractibus *Masculinum* non concipit *Fœmininum*. Quæ quidem regula ab ipsa *Rota Romana* sæpe sæpius comprobata fuit. (1) Ex propria enim significatione Masculinum non complectitur Fœmininum, sed solum ex impropria, & extensiva interpretatione; (2) Quod tamen a multis impugnatur, qui putant masculinum ex propria indole, ac natura conci-

pere fœmininum, pluresque *Textus* ad id probandum adducunt. (3)

Verum tamen est, quod in Contractibus ad differentiam ultimarum voluntatum, difficilius Masculinum concipit fœmininum; quod obtinet etiam in ultimis voluntatibus, si fœminarum inclusioni adversetur qualitas subiectæ materiæ, dispositionis indoles, & verisimilis Testatoris voluntas, quæ omnia efficere possunt, ut verba etiam *communia* intelligi debeant in strictiori significatione solos masculos complectente. (4)

Quod si agatur non de dispositione *favorabili*, vel *indifferenti*, sed de *differenti*, & *odiosa*, tunc masculinum non tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus fœmininum non complecti verius est. (5)

Si autem verbo, quod ad masculos tantum deferri potest, adiunctum a disponente fuerit aliud verbum masculis, & fœminis commune, nullum dubium est, quin fœminæ etiam comprehendantur. Quamobrem concessio facta non solum *Stipulatori*, *& filiis*, sed etiam *Descentibus*, & *Hæredibus*, apta est, & accommodata ad fœminas quoque comprehendendas; quia quamvis verbum *Filiis*

indicare videatur masculos tantum, nihilominus coniunctum cum verbo *descendentibus*, vel *hæredibus*, fœminas quoque continere valet. (6)

Sed huiusmodi quæstionum resolutio non ex verborum cortice, sed ex præsumpta, ac verisimili Disponentis mente desumenda est, cuius non leve argumentum suppeditare potest usus, ac consuetudo, qua disponens ipse loquutus fuit in alia dispositionis suæ parte, quamvis adsit tum personarum, tum rationis diversitas. (7)

---

(1) Vid. *dict. decis.* 125. *part.* 2. *divers. num.* 5. *& seqq.* ubi plures Iuris Civilis *Textus allegantur.*

(2) *Rot. nostr. in Florent. Primogenituræ de Bardellis* 8. *Iul.* 1785. §. 16. *cor. Aud. Vernaccini.*

(3) Vid. *Votum Aud. Raffaelli in Florent. Fideicommissi de Gaetanis* 28. *Sept.* 1781. §. 7. *cum seqq.*

(4) *Torr. de Maiorat. Ital. quæst.* 2. *num.* 7. *Mans. Consult.* 135. *num.* 15. *Rot. Rom. cor. Buratt. decis.* 272. *num.* 2. *& dec.* 454. *num* 2. *Rota nostra in Florent. præt. Primogenituræ* 5. *April.* 1740. §. *Masculinam & seqq. cor. Aud. Mari, & in Florent. fid. de Gaetanis* 28. *Sept.* 1781. *cor. Aud. Simonelli Relat.* §. 48. *& seqq.*, ubi quod si materia non sit favorabilis, vel indifferens, sed odiosa, masculinum nunquam concipit Fœmininum. Vid. ad *mater. Pisan. Maioratus de Camp lia* 3. *Martii* 1773. §. 38. *& seqq. cor. Audd. Ulivelli, & Cattani*, ubi late agitur, quan-

donam verba communia complectentia tam masculos, quam fœminas, restringi debeant ad masculos tantum?

(5) *Dict. Flor. fid. de Gaetanis cor. Aud. Simonelli* §. 48. *& seqq.* Materia ex grat. Iurispatronatus, *indifferens* nuncupatur, Fideicommissaria autem *differens* & odiosa.

(6) *Dec. cons.* 223. *in princ. Alex. cons.* 160. *lib.* 2. *Imol. in Leg. Quod dicitur ff. de V. O. col.* 10. *n.* 11. ubi de Emphyteusi recepta pro se, suis filiis, & descendentibus „ *Alex. in Leg. sed si* §. *Liberos ff. de In Ius voc.*, ubi de Emphyteusi recepta pro se, Filiis, & hæredibus „ Vid. *Fascicul. Auctorit.* in celebri *Causa Pisana Campiglia Alliata*, ubi plene de hac materia disseritur.

(7) *Florent. fid. de Martellinis* 17. *Sept.* 1745. §. *Diversitas cor. Senat. Uguccioni Relat. & Florent. prat. fid. de Toscanis* 7. *Febr.* 1775. §. 18. *cor. Canc. Mansilli, & Aud. Vinci*. Qui admittit Fœminam extraneam fortius comprehendit Filiam, ex hoc famigerato *Cantucci* Voto. Vid. *Florentina Emphyteusis* 10. *Sept.* 1688. §. *Secundo quod cor. Aud. Enea Cavalcanti Relat.* de quo etiam *De Luc. de Emphyt. disc.* 18. *num.* 7.

FINIS PRIMÆ PARTIS.